




LELIVS MANC
fecit nos,
pópulus eius
LAXATV
IVRISIV
11
6
4









XXIX

MANCIN

Ex libris eruditissimi Viri Antonij Magliabechij

Lælij Mancini I. C.

DE RELAXATIONE IVRISIVRANDI IN CAVSAM AGENDI.



LÆLII MANCINI
A FLORENTINA ORIGINE
I. CONSVLTI POLITIANI,
ET

In Pisano Archigymnasio Ciuilium legum Professoris Ordinarij.

DE

RELAXATIONE IVRISIVRANDI
In causam agendi.

COMPENDIVM PRACTICVM
Obuium Curialibus quibusq; ac pernecessarium.





FLORENTIÆ, Ex Typographia Francisci Honofrij.

Superiorum permissu. 1635.



Illustriss.^mo ac Reuerendiss.^mo D.

D. PETRO NICCOLINO ARCHIEPISCOPO FLORENTINO, &c.

Lælius Mancinus. F. P.



Rahebat me Patriæ veteris occulta quadam vis; ARCHIPRAESVLI ILLVSTRISS. vrgebat amor, qui supra amantem; ecquis contendisset? Dulce POLITIANI nomen, sed FLORENTIAE non minus, quæ mea sobolis prima habuit. Heroum hæc fœcunda parens,

quorum

quorum auguſtis virtutibus anguſtus Vrbis, & Orbis ſinus. Sed, o NICCOLINAE inclytæ proſapiæ laudes nullo vſquam tempore interituras, cui nihil abſit, quod fortunæ adſit, nobilitati, vel gloriæ. Vidimus cum Ioue natam, opibuſq; atque honoribus ſplendidiſſimam eo partus extuliſſe ſuos, quo præ humana conditione vix liceret. Nunc virtutum omnium, queis Auorum tuorum floruit illuſtriſſima ſeries, compendium (PETRE) tecum eſt, qui patriæ lumen, columna Cleri, Chriſtus Domini, qui (inquam) ingenij, iudicijq; dotibus, qui Religione, qui moribus talis, vt tuas laudes venerari plus, quam exequi ſit. Eas ego, vti ſacras res, ſilentio ſpectare malim, quam plauſu. Amplectere & tu, benigne Paſtor, antiquæ Matris gremium repetentem, & de iureiurando libellum excipe, ac foue, dum tibi, quod lingua valet, quod propenſio voluntatis, totum voueo, totum iuro, ſacrificium laudis, obſequij perennitatem. Viue diu.

AD

AD FAMAM
ALLOCVTIO



Disertissima Virorum nutrix, ac laudatrix, paucis te volo, vt omnium per ora voles. Quãdoquidem (vt audio) nobilissimum *Lælij Mancini* admiraris ingeniũ, ingeniosam pariter *Mãcini* generis venerare nobilitatem. Ingeniosa nimirum est nobilitas, quæ nobilia gignit ingenia. Nobilis enimuerò est sapientia, cum nobilitas sapit. Age igitur, ò Fama, egregium nunc indica *Mancinæ* gloriæ, familiæq; splendorem, vt hæc nobilitas sub volanti tuorum labiorum arcu triumphet. *Mancinorum* progenies, vt clarescerer, à puro virtutis fonte manauit. Vtq; simul efflorescerer, à *Florentia* Florentissimum duxit initium. *Donus Mancinus ad politicam*

(vt

(vt aiunt) *Iani Vrbem* primus omnium se transtulit; vbi opibus, atq; prudentia mirificè locupletatus suscepit *Nuccinum* Filium: qui in adolescentiam, virtutemque prouectus apud inuictissimum Galliarum Regem cataphracti Dux Equitatus euasit; vt tamquam rapidus gloriæ Cursor, & Eques ipsâ ad gloriam equitaret. Inde alterum familiæ stemma; Donum Regis; Insigne virtutis. Antequam Politianum ex oppido in Vrbem promoueretur, promotus est ad *Melitēses honores Marius Mancinus*: postquam gesserat *Christi Crucem Bartholomæus*, quo tempore in amplissimo Lusitaniæ Regno Christus verè in Horto degebat, hoc est, quo tempore efflorebat hæc dignitas. Deinde *Mancinorum* patria Ciuitatis nomē adepta, adeptus est Sanctissimi *Crucem* Steph. *Eques Iacobus*, qui plura emisit in lucem, vt illa luce clarissimâ patefaceret lucem eruditionis suæ. Pauci autem ab illo elapsi fuerant dies, cum *Rhodiensium Cruce Equitum* insignitus enituit *F. Franciscus*, qui adhuc inter viuos effulget, nobilitati pariter, ac gloriæ *Commendatus*. Istorum vterq; *Equitum* Patruelium vinculo iungebātur alteri *Iacobo*(libentissimè hūc Virum nomino, quum inter familiares numeraretur *Marci Antonij Minotij I. V. D.* Parentis mei, sexdecim ab hinc mensibus heù! nimis luctuosa mihi morte prærepti) qui facundus, & fœcundus libros, & liberos in lucem peperit, hoc est (vt taceam libros ab omnibus laudatos) *Lælium*, quem celebras, necnon Fratrem eius superstitem *Politianum*, *Equitem D. Stephani*, armis, & literis condecoratum, & reuera immorta-

morta-

mortalem inter mortales. *Lælius* porrò ſuum recenter nomen æternitati dum conſecrat, cæterorum immortalitatem firmiori immortalitate decernit. Plura in famæ gremio collocauit volumina fœcundiſſimus iſte Librorum Genitor, non tam fructuum, quam Florum ingenioſus excultor. Euageris, amàbo, per amœniſſimos *Tragicomediarum* Hortos, quos *Lælius* publicè exornauit, vt Flores legas. Illarum vna *Peregrinus Amans* inſcribitur; vt Poeta cultiſſimus, *Peregrino* duce, per vniuerſum Terrarum Orbem ingenio, ac fama peregrinus peregrinetur. Altera verò *Aethiopis Infantis* titulo prænotatur: Verùm illa *Aethiops* non feruenti ſolis ardore deturpata nigreſcit, ſed canoro Apollinis ſplendore decorata fulgeſcit. Præterea vir cordatus, ac prudens ab Apolline ſe contulit ad Aſtræam: vt Phębo iam plenus Phœbæo lumine Aſtręæ cæcitatem expelleret. Fugauit profectò tenebras; & Aſtręa lucem adepta in lucem prodijt, edente in lucem *Lælio Prælectiones ad Rubr. & Cap. 1. de Conſtit.* & rurſus *Librum Sacri Iuris Controuerſi*: quæ ſanè lucubrationes vbique lucent, & *Lælij* calamo, & famę pennis immortalitatis in Albo conſcriptæ. Iam verò erudita docti Patris fœcunditas recens peperit opus, ipſamet adultum in Infantia, quod meruit pro Cuna Typos; prò Domo Licæa, & forum; amplectentium manus Iureconſultorum pro faſcijs; pro oculis ipſam lucem; laudes pro alimento; famam, plauſumq; pro Nænijs; tandemq; pro nutrice æternitatem. Auſpicalem præmonſtrat

inſcriptionem, *De relaxatione iuriſiurandi in Cauſam agendi*. Aget mehercle *Lælius*, ſed vitam aget nominis perennitate ſuffultam. Aget etiam Liuor, ſed aget animam. *Relaxatio* autem *Juramenti*, quam ſapientiſſimus Præceptor docet, ſuæ fręna gloriæ relaxabit: vt vel *Juramento* obliget ſibi famam immortalitatis debitum ſoluturam.

Sic ominatur annuente fama.

Petrus Franciſcus Minotius.

ODE.

A Famæ vocibus decantata.

MANCINE, prodis omine dextero
Politianæ lux sapientiæ;
Campoq; virtutis triumphans
Aligera veheris curuli.
Alphæa doctæ gloria gymnadis,
Atq; eruditæ Regia Palladis
Colit secundam te Mineruam,
Ac Themidem celebrat recentem.
Pubes tuorum lumina sensuum
Sinu recondit, plausibus excipit,
Legumq; nodos explicantem
Te docili comitatur aure.
Antiquitatis sæcula candidæ
Sinceriori tu reparas labro,
Sensusq; profers innocentes
Iustitiæ columen labantis.
Ab ore pendet, pendet ab exedris,
Qui te docentem oracula Cęsaris,
Et iura sacri qui Senatus
Romulidum venerator audit.
Astræa cæci conscia luminis
Tuis superbit fœta nitoribus
Oblita natiuas tenebras,
Teq; suum vocat illa solem.

Tu stirpe flores inclytus aurea,
Vitaq; fulges dulcis amabili;
Morumq. cultor iam tuorum
Vel fieri cupit ipse Liuor.
Nutrix tuorum fama Voluminum
Aeternitatis pabula detulit;
Magnumq; Iuris mystagogum
Te fora, te Cathedræ salutant.
Ditescis altis clarus amoribus,
Claris amaris diues honoribus,
Nouumq; sydus iam videris
MEDICEVM irradiare Cęlum,
Iamq; vniuersis intonat auribus
Circumsonantem gloria buccinam;
Rapitq; purum te sub Axem
Fama tuis famulans trophæis.
MEDICEORVM gratia Principum
Tuo maritat sæcula nomini;
Tollitq; auitos te sub Orbes
Inuidiam vt fugias latrantem.

Non tam famæ scriba, quam veritatis.

P. Franciscus Minotius.

In

In Lælium Mancinum legum artibus, ac Poesi magnum.

Ioannis Francisci Ghiberti Florent.

CARMEN.

MOenia structa melo referant Cadmeia vates,
Duraq; Threïciam saxa secuta chelym.

Mollitasq. lyra leges adamante rigentes,
Fractaq. tartarei corda superba Iouis:

Ipse quidem non vana tui miracula cantus,
Et multo LAELI nobiliora canam.

Quò deducta Polo terris Astræa relictis
Redditur, inq. tuo pectore tuta manet:

Olli tu vitam reparas, lucemq. ministras,
Lancesq. & gladium credidit illa tibi.

Orfea quam superas! Cælum, non tartara vincis;
Ille redit cælebs, tu trahis inde Deam,

Del

Del medeſimo Signor Ghiberti nell'iſteſſo ſoggetto.

CHe con la Cetra comandar poteſſe
Architetto canoro a i Poggi Tiri,
Pur altri dica, e la dolcezza ammiri,
Che l'alte mura alla gran Tebe ereſſe.

Che ſol di plettro armato Orfeo ſcendeſſe
A ſaccheggiar il Regno de martiri,
E con la dolce forza de ſoſpiri
Le dure leggi, e'l crudo Re vinceſſe.

Dirò, LELIO, *ben io, che da' celeſti*
Regni, oue ricourò da noi fuggita,
Col dolce canto Aſtrea quà giù traeſti.

Solo oggi in te s'ammira, in te s'addita;
Tu le bilancie, e la ſua ſpada haueſti,
Riceue ella da te ſplendore, e vita.

Del

Del Signor Dottor Filippo Neri.

MANCIN' se fò de tuoi ricco il pensiero,
Fra più t'ammiro al gran Roberto eguale,
Il latio a quei sacrò gli ostri di PIERO,
Te fregia il tuo valor d'ostro immortale;

A quei non fu del giusto ignoto il vero,
E'l giusto, e'l vero a te scoprir sol cale,
Che già d'Astrea nel glorioso impero
LELIO, il tuo stil per queste carte hor sale.

Di par la sorte in voi s'acchiude, e serra,
Grandi sete ambedue, ma in ciò discerni,
Ch'ei grande è in Cielo, e tu sei grande in terra.

Ah nò, che mentre gl'orbi anco superni
Forman cò moti lor lucida guerra,
Ti fan piouer di gloria influssi eterni.

Del

Del Signor Pier Franceſco Minozzi.

NObil d'ingegno, e di valor ſublime,
Spieghi d'Aſtrea gli altisſimi volumi,
E aprendo ogn'hor de la tua mente i lumi
Ricco te n'vai di glorioſe ſtime.

De la virtú sù le ſpinoſe cime
Fiorito vn volo à la tua fama impiumi;
E'l tuo piè calpeſtando horridi dumi,
Orme d'eternità ne' cuori imprime.

E già la luce à la tua luce ancella
Ne gli inchioſtri, che ſpargi, vn Sol diffonde,
Che ſeppelliſce ogni maligna ſtella.

Verſa la penna tua piogge faconde,
Ch'a le tue glorie ogn'anima rubella
D'eterno obblio ſommergerà nell'onde.

Autho-

Authoris consilium, & præfatio operis.
Cap. I.

1 T*Vtor pluribus instrumentis plenius liberatur.*
2 *Cui etiam dolus remittitur, si gesta approbentur, seu bene, seu male.*
3 *Renuncians sibi reditum præcludit ad renunciata.*
4 *Iurandi modus a relaxatione securior.*
5 *Hæres cum inuentario non tenetur vltra vires, &c.*
6 *Et an teneatur Clericus neglecto inuentario.*
7 *Et num Ecclesia hæres instituta.*
8 *Qui iureiurando tenetur non agit.*
9 *Relaxatio Iuramenti an impugnari possit ex subreptione.*
10 *Stylus probari in indiuiduo debet.*
11 *Romanæ Curiæ Stylus volubilis.*
12 *Nec seruandus necessario in partibus.*
13 *Ordo libelli, & operis.*



Nter primates Florentinæ Vrbis, quæ meæ gentilitatis prima parens, grauis erupit (iam tertium voluitur annus) de iureiurando controuersia. Pupillus maior factus non vno, sed pluribus instrumentis Tutorem olim suum plene libe-
1 rauerat *ad l. si Mulier C. ad Vell. & quæ late Ceph. cons. 192. num. 18.* Neque vna, sed pluribus repetitis confessionibus *ad tradita per eund. d. cons. 192. num. 8.* sinceritatem, fidem, diligentiamq; boni administra-

toris plenius agnouerat; Gesta approbauerat, seu male, seu bene, vt sic dolus quoque remissus vide-
2 retur. *Gutierr. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 43. vbi de comm. post Padill.* Nouis quibusque auxilijs quoad rationes iterum de tutela reddendas plenissime renunciauerat, vt sic ad iura sibi reditum præcluderet,
3 quæ semel remisisset. *l. quæritur. §. si venditor ff. de ædil. ed. l. Herennius. in princ. ff. de Euict. cap. quamuis de pact. in 6. Surd. decis. 231. num. 13. Gratia. discept. foren. par. 3. cap. 576. num. 18. Ceph. sup. num. 16.* addens non semel, sed pluries, & quidem diligenter, fideliterq; redditas rationes, & alia complura, quæ integram absolutionem, remissionemq; facere possent. Talia erant instrumenta, vt nihil vltra desiderari
4 posse videretur. Postremo iurauerat, vera esse omnia, & singula, quę præfatis continerentur documentis, seq; nulla ex causa contrauenturum, absolutionem non petiturum, petita etiam, obtentaq; minime vsurum diuini Numinis Sacramento firmauerat. Vide *inf. cap. 19.* His actis, nec prius, quam mortuus Tutor esset, cępit sub prætextu enormis læsionis, ac doli inquietare Clericum cum beneficio hæredem,
5 vt vel sic parum profecturus videretur. *l. scimus. C. de iu. delib.* Nam & si inuentarium non fecisset, aut non ex pręscripto legis, dubitari tamen potuisset, teneretur ne vltra vires hæreditarias, quod fauore
6 Clericalis ordinis negat *Duard. in Bulla Cęnæ lib. 2. Can. 15. quæst. 17. num. 8. referens idem respondisse Jo.*

A

And.

And. ad cap. quamquam. num. 9. de usur. in 6. & post
7 *alios Mar. de iurisd. par. 4. casu 71.* Nec improbabile videbatur, Ecclesiam heredem institutam vltra vires hæreditarias non teneri omisso inuentario. *Abb. Card. & alij ad cap. 1. de testam. Anan. ad cap. in literis num. 6. de raptor. Bart. ad l. 1. num. 41. C. de Sacros. Eccl. Bal. ad Auth. sicut. num. 1. & ibi Castr. num. 1. C. eod. & Bald. ad l. vlt. in princ. C. de iur. delib. Fel. ad cap. de quarta. num. 7. de prescript. vbi de comm.* * *Euerar. loco a fisco ad Eccl. num.* 11. Rationes autem pro Ecclesia afferri solite sunt & Clericis communes.
8 Quoniam vero iurisiurandi Religione tenebatur, ne agere posset, *vt inf. c. 11.* comparuit coram Illustriss. Nuncio, petijtq; sibi iuramentum relaxari. Bonus Iudex preuia cause cognitione ex iuribus tunc coram eo breuissime deductis, & nunc infra cumulatius deducendis supplicantem reiecit, qui sua spe frustratus adijt Illustriss. Florentini Archiepiscopi Vicarium generalem, a quo statim sub asserto quodam stylo tum Romane, tum Florentine Curiæ laxationem reportauit. Sed cum reiectum se a D. Nuncio siluisset, cumq; admissæ supplicationis calumnia
9 aliqua proposita fuisset, atque exposita, iterum explosus est; namq; & impugnari laxatio potuit ex subreptione. *Aym. cons. 7. num.* 11. *Affl. decis. 220. num. 9. cum alijs per Marches. de Commiss. par. 3. cap. 4. §. 4. num. 41. meq. ipsum inf. capit. 1.* & non admodum profuit allegatio styli, tum ex alijs, tum maxi-

10 me, quia de ſtylo Florentinæ Curiæ non liquebat in caſu indiuiduo. *Pariſ. conſ. 112. num. 13. vol. 4.* Ro-
11 manæ autem ſtylus dicebatur eſſe volubilis ad nutus Summorum Pontificum, & Auditorum, nec propterea aſſeri tuto poſſe (*Ita obſeruat Romana Curia*) credebatur *ex Iaſ. poſt Alber. de Roſa. & alios ad l. cun-*
12 *ctos populos.num. 53. C. de ſum. Trin. & fide Cath.* Addebatur, ſtylum Curiæ non eſſe ſeruandum, quando in partibus lis vertitur. *Alciat conſ. 25. num. 5. lib. 5.* docet enim bonus Author, Doctores ſolos conſuetudinarios contrarium ſeruare, ſed perperam, & contra communem ſententiam, cui etiam hærent *Lancell. de Att nt. par. 2. cap. 6. num. 3. & cap. 20. limit. 1. num. 1. vbi quod bis deciſum in Rota, & Hond. conſ. 87. num. 62. par. 1.* Acta hæc me poſtulante fuere, & quia, ſi minus noua, ſaltem ad hæc vſque tempora intentata, innumeros habui, qui mea ſcripta certatim quærerent. Dedi queis potui deſcribenda; Sed vrgent, ediq; iubent in publicum vſum. Satisfacio votis, & breuiſſimum hunc libellum inter Scholarum ſtrepitus, & fori rabulas bimeſtri opere compactum Curialibus verſandum trado, quos inexcuſabiliores poſthac fore non vereor affirmare, ſi in relaxandis iuramentis ſe plus, quam deceat, irreligio-
13 ſos præbuerint. Habent à ſecundo capite quaſi prçludia quædam iuramenti cum definitione eiuſdem. A quarto quaſi ſpecies abſolutionis. A ſeptimo perſonam relaxantis. A decimo modum procedendi.

A duodecimo causas. A decimonono supplicantium exceptiones. Et horum quidem omnium non minutissima quæque, sed præcipua, & practicis quidem necessaria, Theoricis autem nec displicitura. Boni boni consulent.

Iuramentum quid, & numquid præstatio fidei Iuramentum. Cap. II.

1 *IVrisiurandi definitio. 27.*
2 *Obiecta 27.*
3 *Iurisiurandi, & fidei differentia explosa.*
4 *De Iureiurando super creaturis præstito.*
5 *Fides sacrum quid, & quomodo. 26.*
6 *Iurisiurandi in fide & per fidem discrimen reprehensum.*
7 *Juramentum pertinet ad cultum latriæ.*
8 *Fidei nomen quomodo acceptum. 11.*
9 *Iuramentum stricti Iuris.*
10 *In ambigua causa an pro iureiurando respondendum.*
11 *Juramentum per fidem an, & quando Iuramentum.*
12 *Copulatiua inter diuersa, & virtus eiusdem, & de dict. similiter.*
13 *An paris potestatis iuramentum, & fides.*
14 *Maiori pęna tenetur periurus, quam promissor infidelis.*
15 *Iuramenti maior, quam fidei religio.*
16 *Jurisiurandi Religio maxima.*
17 *Cuius violatio sacrilega.*
18 *Iurari per creaturas an possit, & quomodo.*

19 Iu-

Tot fere definitiones, quot scribentium capita, vt passim apud Theologos, & Iurisperitos, ex quibus *Gl. ad Rub. de iureiur. & 22. q. 1. in princ. vers. quod iuramentum. Hostien. sum. tit. de iureiur. num. 2. Cardin. clem. 1. vers. Nos itaque. num. 14. eod. tit. Bal. ad Rub. num. 1. & ad l. iusiurandum num. 68. ff. eod. de iureiur. ad cap. 1. §. item Sacramenta. num. 3. de pace iuram. firm. Abb. num. 1. Felyn. Alciat. num. 3. ad Rub. eiusd. tit. Jo. de Silua tract. de iureiur. quæst. 1. Anton. Corset. ad Rub. de iureiur. quæst 2. Sot. de iust. & iur. lib 8. q. 1. Vues. in paratit. ad titul. de iureiur. Olden. penes Calu. Lex. ver. iuramentum. Valen. 2. 2. disput. 6. q. 7. pun. 1. Azor. instit. moral. lib. 11. cap 2. Couarr. ad c. quamuis pactum. par. 1. init. num. 1. Bolognet. ad l. si quis maior num. 9. C. de trans. Mancin. de iuram. par. 1. quæst. 1. num. 2. Marches. de commiss. relax. iurisiur. &c. par. 3. §. 1. num. 1. Suar. de Relig. tom. 2. lib. 1. de iuram. c. 1. num. 1. Sanch. decal. lib. 3. cap. 1, num. 1. Summist. ver. iuramentum.*

2 Redijsse tamen videntur singuli in vnam *D. Thom,*

(quem

(quem testatur Sanch. ab omnibus receptum) 2. 2. *q. 89 art. 1.* Iurare esse *Deum in testẽ assumere.* Sic enim (ait) definijsse visus est *D. August. serm. 28. de verb. Apost. cap. 3. h. v. Quomodo tu, cum iuras, Deum adhibes in testem, sic ipse, cum iurat, se testem adhibet, & cap. 6. Quid enim est* (inquit) *iurare per Deum, nisi testis est Deus, &c.* Et vide *cap. & si Christus. cum gl. ver. testis, &c. de iureiur. cap. si peccatum. 22 quæst. 1. cap. quantumlibet. dist. 47. cum not.* Sed & *Philo* Iudæorum disertissimus, & *Grigor. Nyssen.* in eundem sensum conspirarunt, vti referunt *Suar. & Couarr.* Quin, & *M. Tull. lib 3. de offic* iusiurandum dixit affirmationem esse religiosam. Pulchrius *Arist. in Rhetor. ad Alex.* iusiurandum ait esse cum diuina veneratione dictionem veritatis expertem; innuens iustum non esse iusiurandum, præterquam in defectu probationis.

Definitioni suæ tria obijcit *D. Thom.* Alij multo plura. Vnum ego, quod Iurisconsultorum est, prosequor, & quod potissimum.

OBIECTIO.

OBijcio autem, quod in praxi frequens ex Alcia. *sup. num. 6.* Nam qui in fide promittit sua

2 minus affirmat, quam qui per Deum, & tamen iurasse intelligitur. *cap. ex rescripto* ibi. *fidem præstitisse dicuntur*, & paulo post, *vt sicut iurarunt, &c.*

de

de iureiur. quem ita ponderasse refertur Barba. in addit. ad Abb. in cap. quærelam. vbi text. ne Præl. Vic. suas. & text. in cap. ad aures. vbi Abb. de ijs, quæ vi, met. cau. in cap. peruenit. 2. ibi iuramento, vel fidei obligatione. de iureiur. in c. 2. ibi Religionem fidei, & iuramenti sui. de fideiuss. Et in hanc sententiam descendisse passim Glossatores, vetereséq; ac nouos commentatores testatur ibid. Alcia. num. 6. & post eum Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 79. num. 28. & d. lib. 3. decal. cap. 2. num. 32. inter quos de comm. * testatur Gayll. pract. obs. 61. num. 1. lib. 2. Sequitur alios referens Mancin. de iuram. d. par. 1. quæst. 7. num. 13 ex quibus Afflict. decis. 389. num. 2 & plene Surd. cum pluribus alleg. decis. 234.
3 num. 3. vbi de comm. * Existimarunt vero, iuramentum appellari, si rei sacræ contactu præstitum est, fidem vero, si citra contactum, quæ differentia commentitia est.

Cœterum hanc sententiam inde probant vltra relatos canones, quia penes Deum eiusdem sunt rationis, & potestatis iuramentum, & fides. cap. iuramenti. 22. quæst. 5. Vide, quæ Manc. sup. quæst. 10, & quæ ego Sac. Iur. contr. dissert. 10. c. 2. n. 12.

Probant insuper, nam & quod super creaturis præstatur, iuramentum est, & dicitur.

4 Sic iurare dicitur qui per salutem suam iurat. l. qui per salutem. ff. de iureiur. Et (quod plus est) Ioseph per salutem Pharaonis iurasse legitur Genes. 42. cap. mouet te. §. sic etiam. d. 22. q. 5. Qui etiam per lapidem iurat,

reli-

religione tenetur Sacramenti. *c. ecce dico ead. 22. q. 5.* Iuramus quoque per caput, per filios, per animam, vel per aliud, quod diligimus, vt & Apostolus iurauit *2. ad Corint. 1. Ego testem Deum inuoco in animam meam*. Nec desunt alia pleraque, de quibus *D. Tho. cum Caiet. & alijs d. q. 89. art. 6. Jo. de Selua de iureiur. p. 1. q. 4. Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 11. c. 3. Couarr. sup. par. 1 §. 1. n. 5. vbi latiss. Sot. sup. toto art. 6. Mancin. d. q. 7. num. 7. Suar. supr. toto cap. 5. Sanch. sup. toto c. 2. qui alios referunt.*

5 Addunt, fidei nomen ex propria significatione ad rem sacram pertinere. Vnde *Tull. pro Roscio. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam, & fidem.*

Hoc ipsum reputant esse, quod dicitur *in l. 1. ff. de const. pec.* graue esse fidem fallere.

Ea denique ratione mouentur, quod, qui spondet in fide sua, intelligi aliter non potest, quam quod affirmet in fide Christi, si Christianus est, hoc quippe inter Christianos præfert *fidei* nomen, & verba semper in potiori significatu capienda sunt, maxime in ambigua causa, quæ in fauorem quoque iurisiurandi, & animæ resoluenda videtur.

Sed non placet, quod proponitur, quantumuis commune * putetur, & ab eo quidem recessere *Couarr. sup. par. 1. §. 2. num. 2. vers. 9. ab eadem. post Caiet. prox. & Alciat. sup. d. num. 9.* referens *gl. ad cap. constitutus. ver. fide præstita. ibi, vel proprie intelligitur. de transact.*

vetustiores, vtp. Cin. Bald. Imo, Butr. Fab. Ea propter cum antedictis abierunt *Nauarr, Manua. cap. 12. num. 2. & 5. Sot. d. art. 6.* licet sibi inconstans, dixerat e-
6 nim paulo ante *art. 1.* aliud esse, si quis dicat, *in fide*, aliud si, *per fidem. Suar. sup. cap. 5. num. 11. & cap. 13. num. 9.* vbi *Sotum* præfatæ inconstantiæ arguit, & distinctionem redarguit, prout facit eandem sententiam sequens, & alios complures allegans *Tho. Sanch. d. cap. 2. num. 32. & d. disput. 79. num. 29.* inter quos præcipue *Jo. Bolognet. ad d. l. si quis maior. num. 60. Pinel. ad l. 2. par. 3. cap. 1. n. 13. C. de rescind. vend. Gutier. ad Auth. Sacramenta puberum. num. 145. C. si aduers. vendit.* Alios refert *Suar. d. cap. 13. n. 10.* vbi
* testatur, priorem sententiam fuisse communiter * ex-
* plosam, & posteriorem cõmunius * inualuisse inter Moderniores, quibus accesserunt *prudens Azor. d. cap. 3. col. 2. quæst. 1. Leonar. Less. de iust. lib. 2. c. 42. dub. 1. n. 4. aliq. summ. vti per Sanch. videl. Sylu. Armil. Manuel, Sayro, & alij.*

Fundamentum est omnium, quod qui *in fide sua* promittit, per seipsum promittit, adeoq; qui sic iurat, per se ipsum iurat, quod non conuenit, nam iura-
7 mentum pertinet ad cultum latriæ, qui soli Deo debetur, & non creaturis.

8 Assumptum probant, quia verbum *fidei* simpliciter prolatum de fide humana intelligitur; quod rursus ostendunt, nam hic communis est vsus, tam loquentium, quam audientium, nemo enim iuratum sibi id

putat,

putat, quod in fide promissum est, sed pro morali quadam fide accipi solet, præsertim cum hunc loquēdi morem communem Christiani habeant cum infidelibus. Sic denique sentiendum omnino vide-
9 tur *ex cap. penult. de iureiur.* quo iuramentum declaratur esse stricti iuris, ideoq; stricte interpretandum ob fauorem animæ: quæ omnia recte *Suar. d. c. 13. n. 13.* & ideo cauendum a Mancino est, qui *d. q. 7.*
10 *num.* 5. perperàm censuit, in ambigua causa pro iuramento responderi oportere; cui etiam obstant vulgares regulæ, nam in dubio fieri interpretatio debet pro promittente. *l. quicquid. ff. de verb. oblig.* & verba in dubio accipi debent ex mente, & declaratione proferentis. *l. si quis intentione. ff. de iudic.* De vtraque regula in puncto *Alciat. sup. n. 12.*

* Ea itaque distinctio frequentius * obtinuit penes laudatos viros, memoratosq; Authores, quam leuiter adumbrauit *Caiet. d. quæst. 89.* & reliqui diligentius explicarunt, in primis vero *Alciat. d. num. 9. Couarr.*
11 *d. num. 2. Sanch. d. c. 2. num. 32. & alij passim.* Fides duo digitat, si proprie sumatur, nihil est aliud, quam dictorum, conuentorumq; constantia, & veritas, dicta a *fiendo*, vt *fiat*, quod fieri promissum, authore *Tull. de offic.* atque ita hæc dictio capitur apud Iurisconsultos, & Legumlatores passim. *l. 1. ibi alienam fidem secuti. ff. si cer. pet. l. 1. ff. de constit. pecun. §. venditę. Inslit. de rer. diuis.* & sub hac fide spondere solent primarij viri, vt indicent, quid ipsi præ cœteris

seruare soleant, debeantq; vti nobiles, & numquam promissorum suorum fide deficientes.

Accipitur & fides Ecclesiastica sumptione quadam pro sacramento fidei, & credulitatis in Deum, pro virtute (inquam) Theologica; vide *Caiet.*

Priori modo *sub fide*, vel *per fidem*, vel *in fide* promissio non est Iuramentum, prout nec iuramentum esset, si quis vtens *iurandi* verbo diceret, *iuro per meam fidem*, intelligens de fide sua, eamq; quasi inuocans in testimonium, abolita enim eorum sententia est, qui putant, solum *iurandi* verbum hanc habere potestatem. *Mancin. d. q. 7. nu. 12.* Ratio conclusionis euidens est, atque irrefragabilis, quia promissio ista *in fide*, vel *per fidem*, neque est sui natura iuramentum, neque esse potest, vt dicebam, cum humanum, non diuinum, vt oportet, testimonium ad probationem sumatur.

Posteriori acceptione fatemur esse iuramentum, est enim Christiana fides res valde sacra, & rei sacræ assumptio eo ipso Iuramentum videtur, quo habitudinem includit ad Deum, vt loquitur *Suar. sup. num. 18.* vbi de re latius, & post eum. *Sanch. dict. num. 32. & seq.* quem videbis.

Con-

Contrarijs occursum.

NOn obstant canones allegati, nam qui simpliciter de fidei præstatione loquuntur, non est, cur de iuratoria fide accipiendi necessario sint, cum ipso vsu loquendi dare fidem dicatur, qui spondet, seu promittit. *Sanch. d. lib. 7. disput. 19. num. 29.* Sic tollitur tex. *in d. cap. querelam. ibi, præstita fide*, qui interpretationem recipit de simplici sponsione, vt inf. *secundum quod inter se conuenerint.* Et tex in *c. constitutus, ibi, fide prestita. de transact.* Qui vero inter Iuramentum, & fidei interpositionem alternatiuam scribunt, retorqueri possunt, hoc enim ipso diuersitatem probant. *Bal. ad l. filia. num. 2. C. de collat. Cardin. ad Clem. 2. num. 8. de æta. & qual. Barbo. cum relatis in remiss. dict. 360.* Ita soluitur text. *in d. cap. peruenit. 2. ibi. Iuramento, vel fidei obligatione.* & in *d. cap. ad aures. ibi. Iuramento, vel fide interposita.* Sed & qui iuramentum cum fide copulant per interpositionem, *&*, no-

22 biscum sunt, nam hæc quoque dictio ponitur inter diuersa, *alleg. Rub. Cod. de sentent. & interloc. &c. Instit. de vsucap. & lon. temp. prescript. ff. de Iuris, & fa. igno.* Ita *Calder. cons. 12. in fin. de præbend.* quod est *Anchar. qui idem cons. 154. num. 4. Roma. cons. 224. in fin. alijq; penes Barbo. in remiss. dict. 93. num. 14.* Maxime si diuersa sunt, sed non dissimilia, vt prestatio iuramenti, præstatio fidei. *arg. l. vlt. §. cui dulcia. ff.*

de trit. vin. & ol. leg. Si hic quidpiam valet huius legis argumentum, de quo *Alex. cons. 126. n. 1. vers. nec obstat. lib. 1.* Sed hęc obiter. Sic itaque resp. ad *tex. in d. cap. 2. de fideiuss. ibi: Religionem fidei, & Iuramenti sui.* Sed & crediderim, fidem eo loci iuramento inesse, cumq; inter eos fuerit copulatiua inter hæc duo, quorum alterum alteri natura insit, ambo in vnum resolui, esse enim alterum quasi additamentũ alterius *iux. tradita ex Gutier. cum relatis pract. lib. 3. q. 13. num. 61.* vbi de copulante, y, ex hispana locutione, quę latine, &.

Ad *tex. in d. cap. 3. ex rescripto. ibi, fidem præstitisse dicuntur.* Et paulo post, *vt sicut iurarunt.* Resp. non esse mirum, si præstita fides capienda pro iureiurando sit, sic enim Pontifex ante hæc dixerat. *Qui de obseruanda conuentione iurauerunt.* Quare retorquetur, nõ enim sic acciperemus seclusa declaratione legislatoris, eoq; maxime, quia sic locutus est. *Qui similiter fidẽ præstitisse dicũtur.* Nota verb. *similiter,* quod & iuratoriam fidem repetere potest anterioribus verbis expressam *ad Ruin. cons. 169. vol. 4. Surd. decis. 88. num. 15. Seraph. decis. 1384. num. 1.* & similitudinem referre facti, & modi. *Soc. cons. 281. num. 3. lib. 2. Honded. cons. 4. num. 83. lib. 1. Menoc. cons. 124. num. 60. vol. 2. cum alijs per Barbo. sup. dict. 316. n. 1.*

13 Non obstat, quod ijsdem Canonum decretis comprobari videtur, paris esse potestatis iuramentum, & fidem, & apertius, *ex d. c. Iuramenti:*

Nam

(Nam contrariũ verius videtur ex *c. commissu. de Spons. &* v. *Significauit nobis fraternitas tua, quod quidam cuidam mulieri de contrahendo matrimonio fidem dedit, & se cum ea infra biennium per verba de præsenti contracturum præstito iuramento firmauit.* Obserua, fidem datam non esse iuramentum, sed firmari iuramento.

Et maiori pœna teneri periurum, quam infidelem promissorem, docuere *Gl. ad cap. penul. de iureiur. in fin. Rota decis. 1. de iureiur. in antiquis, & decis. 1. de pact. in antiquior.* Quas cum alijs refert *Mantic. d. quæst. 7. num. 15.* licet non approbet sequelam hanc; *pœna maior est violantis iuramentum, quam fidem, ergo fides non est iuramentum*; afferens duo exempla, quæ in eum possent retorqueri.

Soluo obiectionem ex ijs, quæ ad theoresim scripsi latius *d. dissert. 16. cap. 2. num. 13.* Dixit Chromat. *in d. cap. Iuramenti.* inter iuramentum, & loquelam nostram nullam esse distantiam apud Dominum, quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam, ita & in verbis nostris nullum conuenit esse mendacium. Inde Cuiac. recte *ad cap. ex literis. 2. de sponsal. Inter Christianos* (ait) *quos cum dico, bonos viros dico, non plus virium habere debet iusiurandum, quam nuda pactio.* Et tamen distantia maxima reperitur *in cap. debitores de iureiur.* vbi Alex. 3. *Debitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant* (supp. fidei præstatione) *cogi non debent. Si verò de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt Domino reddere iuramentum.* (Vide, quę ego de hac

constitutione *d. cap. 2. num. 19. & quæ inf. cap. 15.*)
Ratio discriminis, quia licet non sit maior apud
15 Deum obligatio iurisiurandi, quam fidei, maior tamen iurisiurandi, quam fidei Religio est, ideoq; qui vsuras soluturos se iurarunt, si non homini, saltem Deo reddere coguntur Iuramentum.
16 Iuramentum quippe actus est Religionis, vt latiss. probat *Suar. cap. 4. per tot.* non etiam præstatio fidei, si fidem intelligas, quæ hominis sit, vt distinguebā.
17 Hinc violatio iuramenti sacrilegium est, non etiam violatio fidei. Ecquis non videat, quanta iurisiurandi Religio sit? Consule Ethnicos, & admirare exempla, quæ prætereo. Certe Arist. *sup. cap. de iureiur.* iuramentum dictionem esse definit cum diuina veneratione. Et insignius *1. Metaphis. cap. 3.* honorabilissimum dixit esse quia Dei cultum, honoremq; continet. Cic. etiam *d. lib. 3. de offic.* iusiurandum scripsit affirmationem esse religiosam, vt *paulo ante nu. 1.* quod ipsum agnouerunt Imperatores, & Iurisconsulti, post quos & Summi Pont. qui sępius, vel Religionis, vel Sacramenti titulo Iuramentum decorant. *l. 2. & vlt. C. de reb. cred. & Iureiur. l. 1. ff. eod. cap. tua nos. cap. si vero. c. querelam. extr. eod. tit.*
18 Nec resistit obiectio iurisiurandi per Creaturas. Nā ij ipsi, quos allegauimus, negant, per Creaturas, vt sic, iurari posse. Quis enim dubitet, iurare per creaturas cum exhibitione reuerentiæ, & latriæ, quæ vni debetur Deo, non tantum licitum non esse, sed blas-
phe-

phemum, impietatem denique esse Idolatriæ? Iuratur itaque per creaturas non absolute spectatas, & per se, sed vt ad Deum relatas, vel iuratur tunc per Deũ ipsum, quatenus in creaturis existit, relucet, &c. Quam pulchre *Sot. d. art. 6.*? Iuramentum (inquit) testimonium est fidei, qua Deum optimum Maximum veritatis fontem profitemur. Licet autem fides primum, ac principaliter de Deo sit, qui prima veritas, porrigitur tamen ad Creaturas, quas agnoscimus opera esse Dei, & in quibus per essentiam, potentiam, præsentiamq; existit Deus. Eodem itaque modo & Iuramentum, quamuis in Deum primo, præcipueq; quasi in primam veritatem referatur, protenditur tamẽ ad Creaturas, vti in ipsis, tamquam Dei operibus, diuina etiam veritas existit, lucet, &c.

Nouum itaque non videatur, si dicamus, iurare eũ, qui per salutem suá iurat. *d. l. qui per salutem.* nam hoc ipsum tibi Vlpianus explicat. *Qui* (inquit) *per salutem suam iurat, licet per Deum iurare videatur* (*respectu enim diuini numinis ita iurat*) *attamen, &c.* Aduertes ex *Sot. & alijs sup.* quoddam esse iusiurandum, quod execrationis dicitur, cum videl. se quasi Creatura oppignorat Deo, eiusq; iudicio se subdit, atque vltioni, si aliter se res habeat, ac iuratum sit. Ita homines per salutem suam iurant, per vitam, per caput, per animam, per filios, per necessarios suos, denique per rem quamlibet, quam summe diligant. Est autem

sensus iurationis vt, si falsum quid affirmarint, vitã, animam, salutem, filios, &c. male perdat, deleat, &c.

20 Eiusmodi fuisse credimus Iuramentum Ioseph *per salutem Pharaonis*; potuit quippe execratorium esse, vt, si falsum iuraretur, Pharaonẽ Deus male haberet. Sed & potuit esse per modum simplicis contestationis, nam cum in Pharaone Deus imperaret iux. illud; *per me Reges regnant, &c.* forte Rex quasi Dei contestis ad probationem veritatis assumptus. Et fuit solutio *D. Tho. d. art. 6. Sot. & aliorum*, quam itidem profitetur *Innoc. Pont. cum interpretibus in d. c. & si Christus. de iureiur.* & pluribus exornat *Marches. d. §. 1. n. 2.*

21 Hęc cum ita sint, poterit quoque iurari per lapidem quasi creaturam Dei *d. c. ecce dico.* qui canon ex August. depromptus est *de verb. Apost. serm. 30. circa fin.*

Dubitari vero poterat, non esse iuramentum, quod per irrationabilia præstaretur, & vilia, in quibus non elucet Deus, quæq; inferiora sunt homine, cum tamen vnusquisque iuret per maiorem se, nisi ponatur in obliquo Deus, vtp. *per hunc ignem Dei, per hunc aerem Dei, & consim.*

22 *Couarr. de pact. par. 1. §. 1. num. 7.* erudite explicat Augustini sensum de Ioue lapide, censetq; deprauatam esse literam. Vtcumque autem sit, credit, eo tex. probari illorum sententiam, qui in promissoria causa reputant, iurantem per falsos Deos teneri ad iura-

tæ rei præstationem. De qua re vide tradita *per Selu. de iureiur. par. 1. quæst. 1. num. 8. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 67. num. 41. Suar. sup. lib. 2. cap. 5. num. 4.* De Ioue lapide plura habet *Tiraq. cum Alex. ab Alex. Genial. lib. 5. cap. 10. referen. Suar. d. lib. 2. cap. 6. num. 6.* & videndus *Sot. de iust. & iu. lib. 8. quæst. 2. art. 7.*

Sed & quod habet *Couarr.* late examinat *ibid. Suar. num. 5.* & mendosam videri Gratiani literam cum eodem consentit, sed Iouis lapidis commentum non probat, quasi Augustini verbis manifeste relu-
24 ctantem. Lapidem ipse pro idolo reponit, qui claudebatur in templo, vt verba sonant Augustini, concluditq; iurantes per lapidem non reprehendi a Sanctissimo Episcopo quasi periurij, sed quasi iniustę deceptionis reos, sic enim loquitur. *Non te audit lapis loquentem, sed punit te Deus fallentem*. Non ergo peierantem, sed fallentem. Vel ad summum vocari periurij reos per speciem, & scandalum, quasi (inquit) doloso iuramento vtentes, quod alij quasi verum recepissent.

25 Quicquid de hac re sit, statuant Practici oportet, eum, qui per lapidem iurat, si per lapidem, vt sic iurare intelligat, minus obligari, quam qui per fidem suam, nam mutus lapis, vilisq; & homine inferior non homini valet testimonium dare veritatis, neq; in eo speciali quodã modo relucet Deus, si in obliquo non ponitur, aut si mens non est iurantis; vt

iurare per lapidem velit quasi scabellum pedum eius. *Math. 5.* aut quasi creaturam, in qua diuina virtus, quantum capere res possit, enitescat, & sic diuinam eam virtutem pie venerando, non ipsum quoque lapidem sacrilege reuerendo. *Sil. ver. Iuramentum. 1. q. 4. num. 5. Nauarr. d. cap. 12. num. 5. Rodriq. summ. par. 1. cap. 91. num. 1. Suar. egregie sup lib. 1. cap. 5. num. 8. & cap. 13. num. 23. & d. lib. 2. cap. 6. num. 11. Sanch. cum relatis, & cum Arag. & Say. d. cap. 2. num. 10. vers. octaua regula.*

26 Fidem rem sanctissimam dicimus esse, sed qualis amicitia est ex ipsomet *Tull.* & qualis generaliter virtus omnis; Et quia inuiolabile quoddam est. *d. l. 1.* propterea res sancta dicitur esse *ad not. in §. sanctæ. instit. de rer. diuis.* Ergo male inferunt iuramentum videri, cum non sit actus Religionis, si quasi hominis est, non quasi Christiani hominis *ex anted.*

27 Quod reliquum obijciebatur, totum iam veritati conciliatum est. Sed & reliqua receptissimæ definitioni per Alciatum opposita ex dictis conquiescunt. Argumenta Diuo Thomæ contraria ab ipso, & Cómentatoribus satis superq; diluuntur. Vnum erat ordine primum, quo percutiebar, adeoq; non omnino eos improbarim, qui nonnihil addidissent, vt rem facerent clariorem. Nam re vera de re dubia disputans Theologus, & Sacræ scripturæ locum sibi assumens, nullatenus censetur iurare. Et quantumuis concedamus, quod distinguit Sanctus Doctor, aliud

esse, si testimonio vtamur iã dato, quod facit Theologus disputator, aliud, si testimonium Dei imploremus vti dandum, atque exhibendum, definitio tamen remanet obscura,

Iuramentum, vel assertorium, vel promissorium. Cap. III.

1 *DIuisiones Iuramentorum remiss.*
2 *In assertiuum & promissiuum diuisio Thomistarum, &c.*
3 *Assertiui exempla.*
4 *Et promissiui.*
5 *Obijcitur exemplis.*
6 *Respondetur.*
7 *Iurata assertio an respicere futurum possit.*
8 *Quatenus aßeri valeat futurum contingens.*
9 *Assertiuum iuramentum de futuro temere præstatur.*
10 *Et num aliquo modo stare possit.*
11 *Aßertio de futuro prior est omni promissione.*
12 *Iuramentum de futuro cur semper promißorium. 15.*
13 *Promissorium an semper de futuro.*
14 *Assertio quid.*
16 *Iuramento promissiuo neceßariò insitum assertiuum, & cur.*
17 *Vtriusque Iurisiurandi distinctio defensa.*
18 *Et an differant accidentali discrimine, vel formali. remiss.*

Species

1 Pecies, seu diuisiones iuramentum habet non paucas, quæ rei nostræ minime conferant. Singulas sectantur, qui integros de eo tractatus edidere. *Corset. Mancin. & alij, vt per Marches. par. 3. de commiß. relax. ad eff. agen. §. pr. num. 26.* Idem faciunt, qui rubricarias promunt, & prolixiores sæpe, quam deceat, interpretationes. Summistæ etiam cum Theologis passim, ex quibus *Sot. de iust. & iu. lib. 8. quæst. 1. art. 1. Azor. Instit. Moral. lib. 11. cap. 2. q. 6. Suar. de relig. tom. 2. lib. 1. de iuram. cap. 7. & seq. Sanch. decal. lib. 3. cap. 1. n. 4.*

Nobis vel assertorium est, vel promissorium, quæ diui-
2* sio Iurisconsultorum omnium, * Theologorumq; & Summistarum est. De hac re *D. Tho.* sic exorsus est *2. 2. q. 89. art. 1. in corp. Assumere Deum in testem dicitur iurare, quia quasi pro iure introductum est* (etymon est iuramenti) *vt, quod sub inuocatione diuini testimonij dicitur, pro vero habeatur. Diuinum autem testimonium quandoque inducitur ad asserendum præterita, vel præsentia, & hoc dicitur iuramentum assertorium. Quandoque autem inducitur diuinum testimonium ad confirmandum aliquid futurum, & hoc dicitur iuramentum promissorium.* Diuisionem recipit *ibid. Caiet. in comment.* & inter alios prope innumeros *Seraph. de priuil. iuram. in præfat. num 2. Corset. de iureiur. q. 5. num. 11. Sylu. ver. iuramentum. 1. num. 3. Azor. d. q. 6. Sot. de iust. & iu. lib. 8. q. 1. art. 1. concl. 2. & alibi, vt per Couarr. de pact.*

par.

par. 1. num. 3. Manc. de iuram. par. 2. art. 12. & 13. Paris. cons. 96 num. 97. lib. 1. Nauarr. in Manua. cap. 12. num. 3. qui pro eadem ne *Gofredum* nominat, & ab omnibus * receptum profitetur. *Marchesi. cum Sarmien. & aliis sup. num. 39. & 49. Sanch. d. c. 1. n. 4.* Et ne alios inutilius persequar, diuisionem hanc communem, * receptam, & necessariam dixit *Suar. d. c. 8. n. 2.*

3 Assertiue iurat, qui se de omnibus bene instructum iureiurando affirmat, qui pecuniam se recepisse iurato testatur, aut maiorem se esse annis viginti; aut denique Sacramento affirmat, omnia, & singula in instrumento contenta vera fuisse, & esse. Ita tamen assertiuum dicitur iusiurandum, vt sub eo quoque contineatur negatiuum ex omnium * sententia.

4 Promissiue iurat, qui aliquid daturum se, facturum ve iurato spondet. Sic assertiuum Iuramentum præterita semper respicit, ac præsentia, promissiuum futura dumtaxat.

5 Sed obiiciunt statim vulgare exemplum, quo instrumenta hodie conficiuntur ex stylo; qui enim promittit, simul asserit, omnia & singula in instrumento contenta vera fuisse & esse, seq; nulla via, ratione, vel causa contrauenturum spondet. En assertorium iuramentum, quod futurum quoque respicere videatur.

6 Obiectio inutilis est, nam in opposito exemplo vtrumque iuramentum iungitur, assertiuum scilicet,

cum

cum asseritur, contenta in instrumento vera fuisse, & esse, promissiuum quoque, cũ spondetur de non cõtraueniendo, *Ruin. cons. 169. num. 23. lib. 2. Paris. cons. 96. n. 97. lib. 1. Mancin. d. art. 12. n. 4.*

7 Grauiores sunt Theologorum dubitationes. Nec quidem de assertiuo, quã facit *Sot. d. art. 1. concl. 2.* post *D. Tho.* si quis iuret, *cras fore, vt pluat*, quo exemplo iurata assertio futurum respicit non pręsens, vel pręteritum. Nam respondet idem *Sot.* Diuum Thomã ex propria Iurisiurandi natura locutum fuisse, haud
8 enim asseri posse futurum contingens, nisi quatenus iam notum in proprijs causis, vt cum quis facturũ se iurat, quod facere iam proposuit. Ergo præfatum iusiurandum assertiuum quidem esse de futura re,
9 sed leue, & temerarium, adeoq; a nostra hac tractatione reijciendum; sequitur *Mancin. d. art. 12. num. 2.* nisi tamen sic resolueretur. *Iuro cras fore, vt pluat*; hoc est, *iuro, quantum intelligere ego possim, vel conijcere, cras fore, vt pluat*, nam, si sic dicatur, assertiuum fit de præsenti. *Suar. d. lib. 1. c. 8. n. 4.*

Dubitari vehementius poterat de assertiuo, vt de re fu-
10 tura esse possit sine promissione aliqua, si quis scilicet facturum se aliquid iuret, nec tamen promittat: Erat, qui id non admitterent, vt testatur *Suar. ibid. nu. 5. & plenius lib. 2. cap. 1. num.* 7. quo loci huius sententiæ refert fuisse *Caiet. Sot. & Nau.* quibus contrarius ipse est, & suæ veritatis contestes nominat *Lop. Valen. & Sanch.* qui priores duos refert *de matrim. lib.*

8. di-

11 *disput.* 13. *num.* 4. additq; rationem *Suar.* quia nuda assertio de futuro ex solo proposito prior est naturaliter omni promissione, & proferri simpliciter potest, vt ex se constat, ergo & iurari sine accessione promissionis, cum totum id pendeat ab hominis libertate.

12 Sed cur (inquies) iuramentum de futuro promissorium semper dicitur, si promissorium semper nõ est? Idem Suar. *d. c. 8. in fi.* ob causam duplicem promissorium semper nuncupari existimat. Alteram, quia frequentius cum promissione editur. Alteram, quia licet assertorium sit, obligat tamen quasi promissorium ex veneratione diuini nominis, & sic per analogiam quandam promissorium potest appellari.

Hęc de assertorio.

Promissorium quoque difficultates habet non minimi ponderis, nisi temperamentum aliquod adhibeas. Suarium habes, quem latere nihil potuit iuratoriæ rei, &, si vspiam bene, certe de duplici hac iurisiurand. seu specie, seu qualitate non valuit doctius, non plenius disputare.

13 Dubitari itaq; poterat, quia Iuramentum de futuro assertionem necessario includit de præsenti. Ergo non debuit ab assertiuo segregari, quasi & ipsum assertiuum non sit. Præterea negatio, vel affirmatio de futuro nihil est aliud, quam assertio quædam; assertio

14 autem nihil aliud, quam propositio verum significans, aut falsum, quod non minus propositioni cõ-

uenit de præsenti, & præterito, quam de futuro; iuramentum igitur de futuro non poteſt aſſertorium non eſſe.

Sed cũ paulo ante ſtatuerimus, aſſertionem de futuro ſine promiſſione ſtare poſſe, dare etiam volumus iuramentum de futuro eatenus eſſe promiſſorium, quatenus ex facto iurantis, & promittentis id, quod futurum eſt, pendet.

15 Vel melius (ne diſtinctio Diui Thomæ periculum aliquod facere poſſe videatur) reſpondet idem *Suar. d. c. 8. num. 6.* iuramentum de futuro, licet promiſſioni non iungatur, ſub promiſſiuo tamen contineri ex ſententia Sancti Doctoris, quia diuiſio illa non ob aliud tradita ab ipſo eſt, quam vt diſtingueretur iuramentum, quo obligatio producitur in futurum, a iuramento, quod tunc veritati obligat, cum profertur, & nihil habet, quod in futurum vergat. Omne itaque iuramentum, quod de futura re eſt, promiſſiuum eſt, quod vero ſimpliciter de præſenti, aut præterito, aſſertiuum.

16 Argumentationi concedimus, iuramentũ promiſſorium non tantum aſſertorium eſſe poſſe, vt in ea dicitur, verum etiam nullatenus fieri, ne in promiſſorio contineatur aſſertorium, qui enim promittens iurat, daturum ſe, facturum ve aliquid, eo ipſo affirmat, & iurat, habere ſe in præſens voluntatem, ac propoſitum dandi, faciendi, atque exequendi; porro ſi daturum ſe, facturum ve aliquid affirmet, neque

animum implendi habeat, mentitur, neque enim assertio illa vel in se, vel in sua causa veritatem habet. Colligitur huius rationis pars maxima ex *D. Thom. d. quæst. 89. art. 7. ad fin.* eamq; explicatissimam reddit *Suar. d. c. 8. num. 3.* addens post multa, non esse propterea reprehendendum assertiui, ac promissiui iurisiurandi positum discrimen, idque duplici ex causa.

17 Et quia distingui possunt quasi includens, & inclusum; assertiuum namque dicitur, quod pure assertiuum est, nullatenus autem promissiuum; at promissiuum contra, quod & assertionem continet de præsenti, & promissionem de futuro, a qua nomen sortitur, quasi a maiori.

Et quia licet duo hęc iuramenta re ipsa coniunguntur in sponsione iurata, attamen, sicut voluntas promittendi cum proposito implendi, quod de præsenti est, & implementum promissæ rei, quod est de futuro, rationes habent formales præcisas, quibus distinguantur, ita & iuramentum, quod in vtramque rem cadit, sub priori ratione dici assertorium potest, sub posteriori promissorium, & ijsdem rationibus formalibus condistinguitur.

Has Suarij, qui pleniori manu, & Theologorum subtilitates optimum fuit instantissime consectari, nam si ignorent eas Practici, in iis prope omnibus, quæ sequuntur, cæcutiant necesse est.

18 Nec moror quæstionem, vtrum duo hæc iuramen-

ta differant differentia sola accidentali, & materiali, an etiam specifica, & formali, nam superfluum vere esset nunc de hac re quærere. Vide *Caiet. d. q. 89. art. 1. Sot. Arag. Valen. penes Suar. d. lib. 1. cap. 9. num. 1. Couarr. sup. de pact. in princ. num. 3. Marches. d. par. 3. §. 1. num. 51.* Rem latissime explicat *ibid. Suar.* aduersus communem * sententiam.

Promissorij, & assertorij Iuramenti in nostra causa discrimen insigne. Cap. IV.

1 A*ssertorium iuramentum non relaxatur.*
2 *Promissiuum contra, & quæ ratio discriminis.*
3 *Periurus non absoluitur.*
4 *Assertorium promißorio iunctum cur relaxabile.*



1 Vm de absolutione, seu relaxatione iuramenti agatur in præsens, solius iuramenti promissorij causa vertitur, non etiam assertorij, hoc quippe non relaxatur.

Fundam. est in verbis *D. Tho. 2. 2. quæst. 89. art. 9. ad 1.* Cum enim arguisset, non posse alium cum alio dispensare, vt de præsentibus, aut præteritis iuret aduersus veritatem; ergo nec posse alium cum alio dispensare, vt verum non faciat esse, quod in futurum cum iuramento promisit, respondet *b. v.*

2 *Di-*

2 Dicendum, quod dispensatio, quæ fit in iuramento, non se extendit ad hoc, quod aliquid contra iuramentum fiat, hoc enim est impossibile, cum obseruatio iuramenti cadat sub præcepto diuino, quod est indispensabile; Sed ad hoc se extendit dispensatio iuramenti, vt id, quod sub iuramento cadebat, sub iuramento non cadat, quasi non existens debita materia iuramenti, sicut & de voto supra diximus. Materia autem iuramenti assertorij, quod est de præterito, vel præsenti, in quandam necessitatem iam transijt, & immutabilis facta est, & ideo dispensatio non referretur ad materiam, sed referretur ad ipsum actum iuramenti; Unde talis dispensatio directe esset contra præceptum diuinum. Sed materia iuramenti promissorij est aliquid futurum, quod variari potest, ita scilicet, quod in aliquo euentu potest esse illicitum, & nociuum, & per consequens non esse debita materia iuramenti, & ideo dispensari potest in iuramento promissorio, quia talis dispensatio respicit materiam iuramenti, & non contrariatur præcepto diuino de iuramenti obseruatione.

Hæc D. *Tho.* quę explicatione non indigent, cum quo & *Sot. latiss. de iust. & iu. lib. 8. quæst. 1. art. 9. Rodriq. sum. par. 1. cap. 192. num. 9. concl. 9. Sanch. decal. lib. 3. cap. 19. num. 3. Ex nostris Aret. cons. 74. n. 7. Seraph. de iuram. priuil. 59. num. 2. & seq. Mancin. de eod. par. 2. art. 12. num. 8. Marches. de commiss. relax. ad eff. agen. par. 3. §. 1. num. 54.*

Additur receptum dilemma. Aut enim verum est, quod
3 assertiue iuratum, & non competit relaxatio, quia verum. Aut falsum, & non competit, quia peieratũ

est,

est, vt *ex Bald. docet Marches. ibid. num. 59.* & *latius Seraph. d. n. 2.* Sed de periuro absoluendo, vel minus *infra c. vlt.*

Obijcies. An non iuramento promissorio re ipsa, & necessario semper iungitur assertorium? Quo igitur
4 pacto relaxari promissorium queat?

Resp. assertorium iuramentum, quod promissorio iungitur, seu tacite, seu expressim ei insit, naturam induere promissorij, eiq; accedere quasi principali. *Paris. cons. 96. n. 98. lib.* 1. Dixi *infra cap. penul.* Cum itaque simplex assertorium a nostra hac disquisitione reijciamus, promissorium solum manet, quod ex futuro aliquo facto, seu implemento sponsionis totum pendet. De hoc itaque agendum nobis. Sed requirit ordo doctrinę, vt de absolutione, seu relaxatione nonnihil pręponatur.

De duplici absolutione, seu relaxatione iurisiurandi. Cap. V.

1 *Ecclesia ius habet relaxandi, & cur.*
2 *Absolutio, seu relaxatio duplex.*



1 QVæ in votis dispensatio est, in iuramentis relaxatio dicitur *Sanch. Decal. lib. 3. c. 19. num. 1.* Habet vero Ecclesia relaxandi potestatem, licet homini præstitum iuramentum fuerit, quia sic expedit communi bo-

no Christianæ societatis; ea propter quibus ex causis cogere Ecclesia potest Creditorem, vt iuramentum condonet debitori suo, ex ijsdem quoque relaxare iusiurandum potest. *Sot. de iust. & iu. lib. 8. q. 1. art. 9. Suar. de Relig. to. 2. de iuram. lib. 2. c. 41. Sanch. sup. cap. 21.*

2 Est autem absolutio, seu relaxatio iuramenti duplex. Altera plena, quæ iuramentum omnino abrogat. Altera minus plena (habilitationem vocare, quam relaxationem, seu absolutionem malunt) quę iurisiurandi vinculum seruat illęsum, nec iurantem liberat, sed iuramenti vim suspendit, dum lis peragitur aduersus Creditorem. De hac distinctione *Bal. ad l. hæc scriptura. ff. de condit. & demonstrat. Abb. ad c. 1. n. 12. c. cum contingat. n. 9. de iureiur. Alciat. cum pluribus relatis dict. c. 1. n. 127. Couarr. latiss. variar. lib. 1. c. 4. n. 5. vers. verum, vt res. Seraph. de iuram. priuil. 61. n. 3. Mancin. de eod. par. 6. q. 1. n. 1. Marches. de Commiss. par. 3. de commiss. relaxat. &c. §. 1. n. 100. & seq. Sanch. sup. n. 23.*

Nos de posteriori tractamus, quę vinculum non soluit Iuramenti, sed prę-seruat.

An relaxatio in causam agendi nouam post se expectet absolutionem. Cap. VI.

1 *HAbilitatus, licet vicerit, tenetur Iuramento.*
2 *Actus limitatus effectum parit limitatum.*
3 *Absolutio excommunicationis ad tempus.*
4 *Cui nostra relaxatio comparata.*
5 *Procurator ad agendum constitutus litem peragit.*
6 *Absolutio minus plena an probationibus repleatur.* 8.
7 *Habilitatus quid agere post sententiam debeat.*
9 *Relaxatio ad effectum agendi conditionalis absolutio est.*
10 *Habilitatus succumbens an periurium incurrat.*
11 *Absolutio excommunicationis cum reincidentia, quæ.*
12 *Et quid contineat.*



Idebatur affirmandum; absolutio namque ad effectum agendi non aufert iuramentum, sed præseruat, vt dicebam; quocirca licet habilitatus in causa vice-
1 rit, manet tamē illigatus, & sic noua, eaq; pleniore indiget absolutione. *arg. c. veniēs. 38. de testib & quod not. Bar. ad l. nam, & postea. §. si minor. ff. de iureiur.* Quam sententiam credidit tutiorem *Fely. ad cap. 1. num. 29. de iureiur* & in eandem propendisse visus est *Bal. ad l. hæc scriptura. num. 2. ff. de condit. instit.* si Baldi sententiam satis perceperunt *Fely. ibid. & Al-*

2 ciat.

ciat. ad d. c. 1. *num.* 130. Sequitur eandem *Couarr. va-ria. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 6. *vers. Ex his tamen.*
2 Probat *Fely.* ex vulgaribus Regulis, quia actus limitatus effectum parere limitatum debet. *l. in agris. ff. de acq. rer. dom.* neque operari quidpiam debet præter intentionem absoluentis. *arg. l. non omnis. ff. si cer. pet. Aym. cons.* 7. *n.* 7.
3 Addit *Marches. par.* 3. *de commiss. relax. iur. ad eff. agen.* §. 1. *num.* 104. absolutionem hanc absolutioni illi persimilem esse, quæ ex stylo Curiæ excommunicato indulgetur in certum aliquod tempus, vel effectum, vt v. g. testimonium præbere interea possit. *d. c. veniens, in fi.* aut beneficium recipere, vel gratiam. *c. Apostolicæ. de except.* nam sicut excommunicatio reuiuiscit elapso tempore, impleto ve actu, qui impleri debuerat, vt ipse probat ex *gl. & Innoc. &*
4 *latius Suar. de censur. disput.* 7. *sect.* 8. ita iurisiurandi religio, & vinculum reuiuiscere debent, & stare, donec pleniori absolutione relaxentur.
Contrarium consuluit *Paul. Castren. par.* 2. *cons.* 259. *in-cip. Circa primum quæsitum. num.* 2. *col. vlt. vers. posset etiam.* Duo enim ponit; Alterum est, licentiam abso-
5 luto concessam, vt agat, videri quoque datam, vt peragat ex *l. qui procuratorem. ff. de procur.* vbi Vlp. *Qui procuratorem dat, vt confestim agat, is intelligendus est permittere procuratori & postea litem peragere.* Quare, &c.
6 Alterum, si forte à principio non fuerit absolutio

E plena,

plena, repleri deinceps posse ex probationibus. *arg. l. 2. vers. si sub conditione. ff. de bon. poss. sec. tab. c. per tuas. de senten. excom. Affl. decis. 322. n. 12.*

Addit leuiora, quæ prætereo. Leuiora (inquam) nam
7 & duo illa, quæ premisimus, non valde solida. Enimuero habilitatus ad agendum vsque ad declarationem recte peragit. *arg. d. l. qui procuratorem.* quam si reportauerit suæ intentioni contrariam, procul dubio stare debet illigatus. *Bald. ad d. l. hæc scriptura. Abb. ad d. cap. 1. num. 12. ad cap. cum contingat. num. 9. de iureiur. Aym. d. cons. 7. num. 7. Feyn. ad c. ad reprimendam. num. 2. vers. nec obstat. de off. Ordin. Marches. sup. num.* 103. qui antedictos memorat. Adde *Oldrad. cons.* 120. *num.* 2. Sin fauorabilem, redire ad Ecclesiasticum debet, qui visa declaratione iudicis laici, plene ipsum, & ex integro absoluat.

8 Nec repleri ex probationibus absolutio potest, quibus vel potestas non est eiusmodi, vel si est, nihil agit, cum porrigi relaxatio nequeat vltra intentionem concedentis, vt dicebam.

Veriorē itaq; existimaris priorē sententiā, pro qua fuisse decisum refert *Benint. decis. 14. in fi.* Sed posterior vsu * obtinuit, & communius * comprobata est, in quā post *Castren.* inclinasse videtur *Alciat. d. cap. 1. de iureiur. nu.* 130. & aperte descendit *Affl. decis. 322. num.* 12. quem sequitur ibi *Vrsill.* referens pro eadē *Guid. Pap. decis.* 226. & *Aym. d. cons. 7. num. 7.* Alios refert *Benint. sup. num.* 3. quibus accessere *Mancin. de*

iuram.

* *iuram. par. 6. q. 26. vbi de comm.* * *Sanch. decal. lib. 3. c. 21. n. 23.* allegans idem sensisse *Couarr. de pact. par. 3. §. 4. n 6. Tusc. cum relatis ver. absolution. conclus. 56. num. 18.* Sunt autem, qui valere communem hanc sententiam putẽt, si contractus nullus sit, & solo iureiurando sustineatur, secus, si valeat: Alij contra; cum si nullus sit contractus, nullum etiam sit iuramentum, adeoq; nulla potuerit esse, aut possit absoluendi necessitas. Alij componunt, & nullum iuramentum docent esse, si turpitudo aliqua iurantem inficiat, secus & stare iusiurandum, licet contractus stare non possit, & seruandum omnino esse, si minus ex validitate conuentionis, saltem ex veneratione Sacramenti, adhuc igitur absolutione opus fuisse, & esse. Sed quæstionem reijcio *in cap. 13. vbi plenis.*

Redeo ad communem sententiam, quæ si vera est, vti praxi, & moribus comprobata est, iam relaxatio ad effectum agendi nihil aliud videtur, quam *conditionalis absolutio*; hunc enim sensum habet, vt integrum sit iuranti resilire, *si de malitia doceat iuratæ conuentionis*. Quod ex mente *Castren. supra* deducit *Sanch. d. num. 23.*

10 Nec propterea quasi periurus habebitur, saltem in foro iudiciali, qui egerit, & succubuerit, nam iudex, qui conditionaliter absoluit, simul habilitat ad agendum, aufertq; pro eo actu, & tempore effectum iuramenti. *Fel. sup. d. vers. Nec obstat.*

11 Simile videtur, quando absoluitur excommunicatus non eo modo, quo supra, sed cum onere, vt loquuntur, reincidentiæ; datur enim hęc absolutio nõ simpliciter ad certum actum, vel tempus, sed, vt valeat, perpetuoq; valeat, dummodo conditio aliqua impleatur intra statutos aliquos dies. Duo itaq; ab-
12 solutio ista præstat, vt pulchre docet *Suar. sup. n.* 22. Alterum, vt excommunicationem remittat pro eo temporis spacio simpliciter, & absolute. Alterum, vt eandem abroget pro reliquo tempore, & in perpetuum, si tamen fuerit conditio impleta; quo simul continetur, vt non impleta conditione redeat censura.

Habes, quo pacto, & communem sententiam tueri valeas, & nostræ huius relaxationis naturam percipere, quæ vtinam huc vsque satis explicata. Sed euoluetur melius, si quæstionem adiecerimus.

Vtrum aduersus relaxationem iuratoriam detur appellatio.

Cap. VII.

1 *Relaxatio an sententia, vel rescriptum gratiosum.*
2 *Et an concedatur sine præuia citatione.*
3 *An iudex laicus de subreptione iudicet concessæ relaxationis; Remiss.*

Negat

1 Egat *Marchef. par. 3. de Commiff. relax. iur. ad eff. agen. §. 4. num. 45.* Motus, quia relaxatio noſtra non eſt proprie decretum, vel ſententia, a quibus appellari valeat, ſed quaſi reſcriptum Principis gratioſum, cui opponi de ſubreptione poſſit, vel obreptione, iux. tradita per *Aym. conſ. 7. n. 11. Pariſ. conſ. 96. num. 94. lib. 1. Rolan. conſ. 34. num. 9. lib. 1. Afflict. deciſ. 220. num. 9* Vnde (ſubiungit *Marchef.*) quia non hic agitur de plena abſolutione, ſed minus plena ad effectum agendi, & propterea modici præiudicij, quia non alterat modum, ſed viam aperit ad dolum, deceptionem ve perſequendam, vti a præparatoria cauſa non admittitur prouocatio. Allegat *Aufrer. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 962. Bellam. deciſ. 224.*

Fatetur tamen, admiſſibilem fore appellationem, ſi conceſſa fuiſſet relaxatio in caſu non permiſſo, & tunc ratione exceſſus, ſi ſcilicet relaxationem reportaſſet is, qui prius in periurium incidiſſet.

Sed non ſatis hic Author ſibi conſtat, Equidem ſubreptionis, obreptioniſq; cauſam libens admitto, ſi citra cauſæ cognitionem, nec vocata parte concedenda relaxatio ſit, *vt ſup. cap. 1.* Sed libentior audio, quod habet *Anchar. conſ. 382. num. 4.* cauſam laxandi iuramenti eſſe incidens quoddam ſpirituale cognoſcendum inter laicos a Iudice Eccleſiaſtico. *arg. capit. 1. cum not. de ord. cognit.* Arguit propterea

Anchar.

Anchar, partem esse citandam, cum citatio sit iudicij basis, & fundamentum.

Est igitur decretum, vel sententia, quæ perinde appellationem non respuit, nisi aliud resistat, quod nunc persequi instituti mei non est.

2 Idq; eo magis affirmo, quo minus ambigo, non posse relaxari iuramentum, nisi pręuia citatione, & iudiciali partium contentione, quod infra latius *cap.* 11. *&* 12.

3 Hæc si vera sunt, cessat disputatio, possit ne iudex laicus de subreptione iudicare, postquam reuersa ad eum fuerit causa principalis. Et quidem pro laico decisum refert *Afflict. decis.* 220. *num.* 9. *Vide Mancin. cum relatis de iuram. par.* 6. *q.* 10. Sequitur, vt de personis videamus.

Quis relaxare iuramentum possit ad effectum agendi. Cap. VIII.

1 *Qvibus plena competat absoluendi facultas.*
2 *Relaxandi ius penes Pontifices.*
3 *Et quando possint Episcopi omnes.*
4 *Quando vero solus Romanus.*
5 *Res dubia quæ.*
6 *Legatus Pontificis an relaxet in dubijs causis.*
7 *Laxandi causa ex leuioribus.*

Ab-



ABsoluendi facultas quibus competat,
1 vide Scriben. *ad cap. constitutus de rescript. Selua de iuram. par. 4. per plures qq. Soto de iust. & iur. lib. 8. quæst. 1. art. 9. Azor. instit. moral. lib. 11. cap. 9. lib. 1. Couarr. de pact. par. 1. §. 3. num. 5. Mol. de iust. & iur. to. 1. disput. 149. col. 4. vers. aliud accipe. Suar. de relig. tom. 2. lib. 2. de iuram. promiss. c. 40. & 41. Sanch. decal. lib. 3. c. 19. & 21.*

Porro ius istud non tantum penes Romanum Pon-
2 tificem residere, verum etiam penes Episcopos in proprijs Diæcesibus, nemo, quod viderim, hucusq;
* ausus controuertere, & communem * fuisse omniũ sententiam testatur *Suar. d. c. 41. num. 12.* Vide *scripta ad c. 1. cap. debitores. de iureiur. cap. 1. de his, quæ vi, met. cau.* Nam licet vbique Canones de Romanorum Pontificum laxationibus loquantur, inferri tamen non potest, negatam fuisse Episcopis relaxandi facultatem, narrasse enim Pontifices, quid ij si egissent, vt monerentur Episcopi, quid ipsos quoque in suis diœcesibus agere oporteat, docuit *Suar. ibid.*
3 Non sic tamen, vt id omnino possint inferiores Episcopi, quod supremus potest. Eo itaque temperamento adhibito, vt in quibus causis turpitudo aliqua versatur a parte eius, qui iuramentum exegit, vel dubitari potest, licuerit ne iurare, vel minus, Episcopus relaxandi ius habeat, *D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 3.* cum quo & nostri penes *Selu. sup. q. 2.* videl.

Innoc.

Innoc. Abb. & alij quamplurimi, queis addo prope innumeros *apud Sanch. de matrim. lib. 1. cap. 32. num. 15. & quos Marches. par. 3. de commiss. relaxat. iuram. &c. cap. 1. num. 61. & seq.* Neque habet hæc opinio
* contradictorem, est enim omnium * teste *Fely. ad c. 1. num. 15. de iureiur.*
4 In quibus autem nulla versari turpitudo potest ex parte recipientis iuramentum (qui proinde non tenetur rem sibi iuramento promissam remittere, &
* condonare) constantissima omnium * opinio est authore *Sanch. decal. lib. 3 cap. 21. num. 2.* nulli ius esse relaxandi iuramenti, præter quam Romano Pontifici, nec nisi causa aliqua perurgente communis boni. Agitur enim de iureiurando, quo ius quæsitum homini est, nec nisi publica aliqua necessitate cogente auferri potest, idq; per supremam in spiritualibus potestatem. Agnouit hoc *D. Tho. sup.* qui dum ait, *maxime*, innuisse simul visus est, posse id quandoque Episcopum seruata proportione, vt post alios singulariter monet *Suar. d. c. 41. num. 5.*

Quæ de pleniori relaxatione dicuntur, huic quoque, de qua nunc agimus, communia sunt, nam & hæc impletur conditione impleta, vt ante dicebamus, & parem vtraque exigit authoritatem.

Insigne est, quod scribunt, si verum est (Vide *Sanch. sup. cap. 21. num. 27.*) in valde dubijs non alij relaxandi ius esse, quam Pontifici, iux. *cap. per venerabilem qui fil. sint legit.* & vide *Alex. cons. 122. num. 10. lib. 2.*

cons.

cons 66. num. 16. lib. 6. Selu. d. quæst. 2. in fin. Fely. d. cap. 1. num. 17. Socc. cons. 115. num 8. lib. 1. Seraph. de iuram. priuil. 60. num. 19. vers. Tertio notandum. Mancin. de iuram. par. 6. q. 8. num. 1. Marches. sup. num. 64.
* *& c. 2. num. 38. vbi de magis comm.* * Qui, & alij per eos relati rem dubiam dicunt esse, quando sunt probabiles Doctorum sententiæ hinc inde, & Episcopus manet anxius, debeat ne relaxare.

6 An autem hoc casu relaxare possit Legatus Apostolicus, adeatur *Calder. cons. 4. An Legatus.* vbi affirmat, & cum eo *Marches. prox. num. 67. post Paris. cons. 28. num. 42. vol.* 4. addita ratione, quia concessio relaxationi ex leuiorum numero est, quę quantumuis Pontifici reseruata, non tamen Legato adē-pta videri possunt.

Relaxatio a quo Iudice petenda. Cap. IX.

1 *IN relaxante requiritur potestas iurisdictionis.*
2 *An Episcopus illius, qui iuramentum recepit possit iurantem non subditum absoluere. 8.*
3 *Relaxare iuramentum proprio subdito, quid.*
4 *Episcopus proprij subditi obligationem condonat non subdito.*
5 *Et subditum cogit ad remittendum non subdito Iusiurandum.*
6 *Sicut ad restituendum, & quando.*

1 Vlli dubium esse potest, necessariam in relaxante esse potestatem iurisdictionis, vt pluribus arguit *Suar. de relig. tom. 2. de iuram. lib. 2. cap. 41. num. 9.* Et mehercule, quando & is, qui iurauit, & is, cui iuratum est, eiusdem sunt Diœcesis, eidemq; subduntur Episcopo, dubitare non est, quisnam competens relaxandi sit. Quid ergo, si diuersæ sunt Diæcesis? Permixtim solet de plena absolutione, deq; ea, quæ propria est nostræ tractationis controuerti, idq; & ego libens sequor, vt simul vtrique causæ consulatur, habebit prudens aduocatus, vnde sibi faciat satis.

De Episcopo eius, cui iuratum.

QVæro igitur, possit ne Episcopus illius, qui iuramentum recepit, absoluere iurantem non
2 subditum. Affirmant *Cardin. in cap. 1. num. 1. vers. quæro. de iureiur. & Molt. pluribus in locis,* prout

cos

eos refert *Sanch. decal. lib. 3. cap. 21. num. 33.* idq; ipsum pluribus comprobat *Suar. d. c. 41. num. 11.*

3 Fundam. Quia relaxare iuramentum proprio subdito præstitum aliud non est, quam vice subditi condonare obligationem iuriiurando hærentem. Cum

4 itaque possit Episcopus proprij subditi ius, obligationemq; condonare non subdito, siue extraneo, poterit eidem iuramentum, quod subdito præstiterit, relaxare.

5 Ratio a priori; quia potest Episcopus proprium subditum cogere, vt iuramentum sibi præstitum remittat non subdito; siq; abnuat subditus, potest Episcopus proprio Marte remissionem facere, qua peracta, illico extraneus resilit a iurisiurandi vinculo, facta scilicet mutatione ex parte materiæ, vt Theologi loquuntur.

6 Et confirm. quia superior cogere sibi subditum valet, vt restituat non subdito, siq; personam habere non possit, assumere ipse ex bonis potest, vnde satisfaciat. Ergo & debitum, quod ex sacramento oritur, valide Prælatus extinguit, quantumuis abnuente subdito.

Hæc latius cumulant prælaudati scriben & præcipue

7 *Suar.* qui bene addit, nō videri id nouum, cū relaxatio non semper fiat per actum iurisdictionis in personam iurantis, sed per subtractionem materię, quæ contingere potest per actum iurisdictionis in personam eius, cui præstitum iuramentum est.

F 2 8 Equi-

8 Equidem ſententiam hanc non tantum probabilem cenſeo, ſed indubitatam, nam, ſi neceſſaria citatio eſt, vt *infra cap. 12.* non poteſt qui iurauit citare extraneum, niſi coram Prælato eiuſdem, quo acto iuriſdictionem ſimul prorogat Epiſcopi non ſui. Quæ igitur manet, obſecro, in hac re difficultas, ſi vterque ſubditur eidem Epiſcopo?

De Epiſcopo iurantis.

QVæro ſecundo, poſſit ne Epiſcopus iurantis abſoluere iurantem aduerſus extraneum, cui præſtitum iuramentum fuerit. Et frequentius * affirmatum eſt, poſſe, etiam ſi in loco extraneo confectum fuerit inſtrumentum. *Lap. allegat. 10. num. 1. & ſeq. de fo. compet. ad quem Mandoſ. in addit. verſ. abſoluere.* plures cumulat, *Calder. conſ. 6. de iureiur. & conſ. 1. de off. ordin. Roman ſing. 485. incip. Florentinus. Abb. ad cap. ſi quis contra Clericum. num. 3. & in repetit. num. 3. de fo. compet. Capic. deciſ. 18. n. 6. Tuſc. ver. abſolutio. concl. 57. n. 4. Suar. ſup. n. 10. &c.* Ratio additur per eoſdem, & per *Fely. ad cap. 1. num. penul. de iureiur.* quia agitur dumtaxat de liberatione ſubditi a vinculo ſacramenti præſtiti, nec quidpiam decernitur de perſona abſentis non ſubditi, prout neque aliquid ab ipſo contenditur; quare, &c.

9 Addit quoque *Suar.* ſatis valere, quod dicitur, quando iuſiurandum a parte recipientis turpitudinem

con-

continet, vt premittimus, & obligatio tollitur quęsita Deo, cuius vicem in relaxando Pręlatus refert. Sed pulchrius id ipsum effici per irritationem monet; posse enim Episcopum prohibere subdito iuránti, ne actum exequi velit, quem iurauit, & posse id quidem, licet ex hoc grauetur non subditus, cum & proprij subditi defendendi ius habeat, & in non subditum ius acquirat iurisdictionis ob delictum, quod iniuriosi iuramenti receptione, seu magis exactione admittere non dubitauit[r].

11 Hæc ille. Si itaque relaxandi ius penes vtrumque Episcopum esse potest, locus erit præuentioni iuxta tradita per *Calder. d. cons. 6. & d. cons.* 1. & hallucinati videbuntur ij, qui vel pro solo Episcopo iurantis concludendum censuere, vel pro solo eius, cui iuratum est.

Equidem existimo, sectatores posterioris sententiæ eius fuisse mentis, ne citandus necessario ille sit, qui iuramentum recepit, nam si citandum putassent, aliter procul dubio respondissent. Denique si Episcopus iurantis vocare eum debet, cui iuratum est, quomo-
12 do relaxare iusiurandum possit, non video, cum nec vocare possit non subditum extra territorium suum. *l. extra territorium. ff. de iurisd. omn. iud. Sanch. in puncto d. cap. 2. num. 35.* Sunt ergo, qui scite distinxerint, posse Episcopum iurantis in ijs causis relaxare, in quibus necessaria citatio non est, in alijs non item. *Felyn. sup. Mancin. de iuram. par. 6 q. 2. Sanch. d. num.*

d. num. 35. At hercle, si metienda veritas ex citatione est, nos, qui citationem vbique volumus, Episcopū iurantis plenissimis suffragijs explodemus.

Quid autem in relaxando iuramento valeat secularis magistratus, vide latius *per Couarr. de pact. par. 1. §. 3. num. 8. & par. 2. §. 1. num. 8. Moli. tom. 1. de iust. & iu. disput. 149. col. 4. Mancin. de iuram. par. 6. q. 12. Suar. d. cap. 41. num. 14. Sanch. cum pluribus relatis, seu Theologis, seu Iurisconsultis. d. lib. 3. c. 22. vbi plenis.*

An iudex absolutionis sit quoque iudex in causa principali contractus. Cap. X.

1 I*Vramentum cumulat forum foro.*
2 *Relaxatio iurisiurandi causæ indiget cognitione.*
3 *Quod spirituali hæret spirituale est.*
4 *Spiritualis magistratus non debet legem a laicali accipere.*
5 *Relaxatio iuratoria est conditionalis absolutio.*
6 *Iudex præparatoriæ natalium non æque iudex successoriæ causæ.*
7 *Priuilegium suum cuique seruandum.*
8 *Resolutio quæstionis.*

Affir-


Ffirmādum videretur ex rigore, prout
* affirmant communiter * ſcriben. cū
1 ex interpoſitione iuriſiurandi Eccle-
ſiaſticus iudex inter Laicos effectus
competens videatur. *c. vlt. de fo. compet. cap. nouit, de iudic.*

2 Fundam. in coniunctione eſt, ſeu indiuiſibilitate (ſic loqui liceat) cauſarum; Iudex namque Eccleſiaſticus abſoluere non poteſt, ſiue habilitare, niſi præuia cauſę cognitione, vt *infra cap. ſeq.* Quod ſi principale iudicium laico iudici dimittatur, ipſe eſt, qui de cauſa cognoſcit, & male, vt videtur, cum tota hæc cognitio
3 ſpiritualis facta ſit quaſi iuratoriæ cauſæ adhærens. *c. quanto de iudic. cum gl. ver. connexa. l. quæ religioſis. ff.*
4 *de rei vendic.* nec debeat Eccleſiaſticus Magiſtratus, qui eo dignior habetur, quo anima corpori præeſt, a ſeculari Iudice quaſi legem accipere.

5 Et hoc maxime, quia relaxatio eſt conditionalis abſolutio, vt *ſup. cap. 6.* conditio autem ſubaudita eſt; *Si ſic Laicus pronunciauerit*; quæ circa totius abſolutionis, ſeu relaxationis fundamentum Laici iudicis cognitio, ac pronunciatio eſt.

Non obſtat *c. tuam. de ord. cognit.* quo ſe Pontifex pręparatoriæ natalium iudicem facit, ſucceſſoriæ non
6 æque.

Nam reſp. non eſſe parem cauſam coniunctionis, cum diſcuſſa Natalium cauſa, redire poſſit ad temporalem iudicem cauſa ſucceſſionis, qui ſententia

vtitur

vtitur iudicis spiritualis, vt ex ea, & ex alijs ad laicale iudicium proferendis causam finiat. Et deinceps in relato canone trahitur Laicus ab Ecclesiastico, non contra.

Non obstat *l. 2. §. si dubitetur. ff. de iudic.* debuit enim ibi Prętor de priuilegio cognoscere, & comperta priuilegij veritate exercere totum id potuit, quod eius fuit saluo priuilegio; propterea de principali causa non potuit cognoscere, quia nec lædere priuilegium potuit, vel debuit, vt ibi *per Fab. in rational.* Nos de Episcopo loquimur, qui ratione iurisiurandi competens est, neq; vllo priuilegio litigatoris coercetur.

8 Sunt & alia, quibus respondi latius *sac. iur. contr. dis-*
* *sert. 3. cap. 2.* vbi communis * hæc sententia pluribus communita; quam docuere *Bal. ad l. ordinarij n. 2. C. de rei vendic. Alex. ad l. quoties. C. de iudic. vbi & Jas. num. 3. idem Alex. cons. 58. num. 7. lib. 1. & alibi, vt per Couarr. variar. lib. 1. cap. 4. num. 8. qui alios refert,*
* *& de comm.* * *testatur Hippol. sing. 654.* damnans totius Mundi contrariam consuetudinem. *Fely. ad cap. cum sit generale. num. 4. de for. compet. Rip. ad Rub. ext.*
* *de iudic. num. 27. vbi de comm.* * *ibid. late Bosch. nu. 61. Bero. num. 18. Maran. de ord. iudic. par. 4. dist. 11. n. 14. Asin. de execut. § 9. cap. 170. num. 2. vers. redeundo mo-*
* *do. Afflict. dec. 263. n. 3. vbi de communi* * *Canonistarum, cum alijs penes Osasc. decis. 78. n. 5.*

Sed nullibi eadem hæc sententia practicatur. *Hippol. sup. Seraph. de iuram. priuil. 60. num. 19. Mancin. de iuram.*

par. 4. eff. 64. num. 3. *& par. 6. quaest.* 11. Vbique enim relaxatur iuramentum ab Ecclesiastico, & causa dimittitur iudici Laico. Equidem mallem cum omnibus, qui in Mundo sunt, errare, quam cum solo Hippol. videri sapere. Potuit Hippol. antedictam communem sententiam plus probare, quae & mihi plus ex rigore placet sed damnare contrariam nec potuit, nec debuit, nam & ipsa receptissima est, & valde prudens, quasi quae laicalis, & spiritualis iurisdictionis concordiam nutriat. Eam itaque secuti sunt *Castr. ad d. l. ordinarij. num.* 4. *Dec. d. rub. de iud. nu.* 2. *vbi latiss. Calid. num.* 76. *Riminal. num.* 27, *Costa nu.* 300, *Nauarr. num.* 11. *Couarr. d. cap.* 4. *num.* 8. *vbi plenius. Franc. Curt. ad Rub. C. de eden. num.* 6. *vbi Vicomerc. num.* 15. *Alsan. num.* 4. *Pro eadem disputant Osasc. d. decis.* 78. *Fachin. late contr. lib.* 11. *c.* 78, *residetq. in ea Seraph. d. priuil.* 60. *n.* 19.

Equidem a posteriori hac sententia non recesserim, licet circumscripta praxi, quid enim Clericorum, laicorumq; societati conuenientius valeat iudicari? Quae hic desunt, videbis *ead. dissert.* 3. *capit.* 2.

Haec de iudice dicta volui, nunc modum sequor, quo procedere iudex in causa debet.

An relaxatio causæ cognitionem requirat. Cap. XI.

1 *EX promissiuo iuramento quibus ius quæratur.*
2 *Dispensatori quid cauendum.*
3 *Iuramentum quo iure obliget.*
4 *An periurus, qui causam non probat, &c.*
5 *Iuramentum duo facit, & quæ.*
6 *Duo etiam absolutio.*
7 *Cognitionem causæ habere relaxator debet, & cur.*

EX promissiuo iuramento non tantum homini obligatio queritur, sed & Deo,
1 cuius in terris dispensator est Roma-
2 nus Pontifex, qui itidem Vicarius. Cauere dispensator debet, ne dissipator fiat, ne (inquã) iura dissipet quæsita Deo, quod procul dubio faceret, si citra causæ cognitionem iuramentum relaxaret.

3 Vinculum quoque iuramenti non obligat eo iure (humano scilicet) quod sine causa, & sua voluntate supremus Pontifex relaxat, sed naturali diuino, in quo neq; ipse quidẽ dispensat indicta causa. Ergo nõ tantum in plenaria (vti nominant) absolutione, de qua nemo dubitat authore *Sanch. decal. lib.* 3. *c.* 19. *num.* 4. verum in hac quoque nostra iustę causę examine opus est, ne irrita fiat. *Innoc. ad c. ad aures. ante num.* 2. *de his, quę vi, met. cau. Specul. tit. de leg. §. nunc* osten-

ostendendum. num. 25. Anch. cons. 382. num. 3. 5. & passim. Alex. cons. 222. num. 8. lib. 2. Ias. ad l. si opus. n. 7. ff. de oper. no. nunc. Tiraq. res inter alios acta. limit. 30. vers. & hoc multis. Couarr. variar. lib. 1. cap. 4. num. 6. Gabr. de citat. concl. 1. num. 85. Mancin. cum pluribus relatis de iuram. par. 6. q. 1. num. 4. Menoch. cons. 24. nu. 13. lib. 1. Marches. de commiss. relax. &c. par. 3. §. 1. num. 69.

4 Additur, quia si causa non probetur ante relaxationem fit relaxatio conditionalis, quasi diceret Ecclesiasticus; *absoluo, si probaueris*. Et sic non probando periurium incurritur ex communi * Canonistarum, de qua *Castren. cons. 259. circa primum. in fi. lib. 2. & Tusc. ver. absolutio. concl. 60. num. 3.* Non sunt autem eo modo relaxanda iuramenta, vt periurijs aperiatur via, &c.

Sed non placuit *sup. cap. 6.* nam relaxatio iuramenti in causam agendi semper est conditionalis *si probetur causa coram Judice competenti*, qua probata non est opus pleniori absolutione ex communi * practicorum, quod si probata non fuerit, vinculum manet iuramenti. Ergo non desinit absolutio conditionalis esse, quantumuis præuia causæ cognitione fuerit indulta. Dixi *eod. cap. 6.* periurum non esse in foro externo eum, qui non probauit; ex conditionali quippe absolutione suspensum fuisse iuramenti vinculum, donec iudicium finiretur.

5 Rem, si placet, melius explicemus. Iuramentum

duo facit, nam & iurantem ligat, & ingressum impedit litis. *Couarr. ad cap. quamuis pactum p. 2. §. 1. n. 7. Seraph. de iuram. priuil. 174. n. 10. Suar. de Relig. tom. 2. lib. 2. de iuram. cap. 25. num. 8. Rota in recent. decis. 5. num. 1. & decis. 689. n. 1. par. 2.*

6 Duo itidem facit absolutio ad agendum, nam & ingressum aperit per habilitationem suspenso iuramenti vinculo, & iurantem liberat ea conditione; *si coram iudice cōpetenti causam probauerit.* Igitur, si corā alio iudice probanda causa est, superuacaneus fit labor Ecclesiastici iudicis, vt de causa ipse cognoscat.

7 Sed quia aperire per absolutionem, seu habilitationem debet ingressum litis, & iudic j, quoad hoc tantum cogniturus de causa est, vt sic periurijs viam claudat, non enim absoluit, vel habilitat, nisi fumum habeat boni iuris. Est autem fumus summaria cognitio quædam, quia contentus esse debet. *Fely. ad d. cap. 1. num. 32. de iureiur. Mancin. d. q. 1. n. 7. Couarr. sup. Marches. d. par. 3. § 2. num. 49. & alij relati*, non enim tanti refert habilitatio ad agendum, quanti plena absolutio, ideoq; à parte habilitationis sufficit cognitio leuior, quam à parte liberationis, quæ contingere non aliter debet, quam si causa coram suo iudice plenissime discussa fuerit. Vide *Marches. sup. num.* 19. Quæ omnia diligenter obseruabis.

An sit etiam opus citatione partis in relaxando. Cap. XII.

1 *Plenæ absolutioni citatio necessaria, & cur.*
2 *Et quando, vel quibus casibus non sic.*
3 *Libertus non vocat in ius patronum sine venia. 34.*
4 *Sed veniam obtinet non citato patrono.*
5 *Agnoscitur bonorum possessio absque citatione scripti hæredis. 35.*
6 *Non necessario citandus, qui comparens non potest impedire. 36.*
7 *Habilitatio iuris beneficium est. 39.*
8 *Eiq. etiam prodesse videtur, aduersus quem conceditur, & cur. 40.*
9 *Ex iureiurando ius cui acquiratur. 10.*
11 *Ex iuramento promissiuo duplex ius.*
12 *Absolutio non datur absque cognitione causæ.*
13 *Et procedit a iurisdictione contentiosa.*
14 *Citatio cur, & in quibus necessaria.*
15 *Restitutio indulgetur causa cognita. 37.*
16 *Contra inauditam partem nihil definiendum.*
17 *Defensio nec quidem Dæmoni negata.*
18 *Fundamentum iudicij cuiuslibet citatio.*
19 *Causarum merita partium assertione panduntur.*
20 *Iudicium actus collationis, & quid collatio.*
21 *Relaxatio ad causam agendi præiudicialis, & quæ eius præiudicia.*

22 Iu-

22 *Iudex nec in minimo lędere partem debet.*
23 *Iuramentum addit forum foro.*
24 *Litium timor causam prębet restitutioni in integrum.*
25 *Earundem euentus dubij.*
26 *Calumniator minime audiendus.*
27 *Consuetudo citationi præiudicans in causa relaxationis damnata. 32.*
28 *Iuramentum calumniæ cur inuentum:*
29 *Cuius remissio prohibita. 33.*
30 *Litibus obuiandum.*
31 *Citatio de iure naturæ.*
38 *Aduersarius cogitur de calumnia iurare.*
41 *Absolutio absque citatione præstita solo facto sustinetur.*
42 *Vel nullatenus, & num tempore feriarum concedi possit.*
43 *Et num valere alicubi possit.*
44 *Aduersus debitorem vsurarium tueri se potest creditor vsurarius.*


Em aggredior valde ambiguam, simulque Religioni iurisiurandi persoluo debitum Summatim debet Ecclesiasticus de causa cognoscere, vt absq; periurij discrimine ingressum aperiat litis, & iudicij; consentiunt in hoc omnes, & cum omnibus Curialium mores. Quæritur, debeat ne citari pars in summaria ista causæ contentione, non enim de plena absolutione loquimur, quam constat inter omnes nisi præuia citatione concedi non posse, *Sanch. de-*
1
cal.

cal. lib. 3. cap. 21. num. 28. indubitatum dicit *Couarr. infra*; quippe in actu quolibet præiudiciali citanda pars est, alioqui nihil valet, quod agitur, vt mox dicam.

* Citationem non requiri, & communiter, * & magis * communiter * obtentum. *Natta cons. 167. num. 5. & seq. lib. 1. Alciat. ad c. cũ contingat. n.* 127. *de iureiur. Couar. varia. lib.* 1. *cap. 4. num. 6. Port. lib.* 1. *commun. reg. 43. ampliat.* 14. *Rolan. cons. 13 num. 38. lib. 1. Viu. opin. 2. nu. 2. Ioseph decis. perus.* 18. *num.* 8. *Mancin. de iuram. par. 6. quæst. 1. num.* 8. *Tusc. ver. absolutio. concl.* 61. *n. 6. Marches. par. 3. de commiss. relax. cap. 3. num* 10. *Ricc. col- * lect. decis. 39. par. 1.* quos omnes receptissimæ * sententiæ contestes aduocant omni exceptione maiores. Et (quod plus est) hanc sententiam fuisse Curiarum moribus comprobatam, dixerunt *Laur. de Rodulph. tract. de vsur. q. 125. n. 9. Castren. cons. 259. circa primũ. vers. sed remanet. lib. 2. Imo. ad cap. debitores. de iureiur. Fel. ad cap. 1. de iureiur. num. 24. Natta, Port. Roland. & Ioseph. sup. & viden. Marches. ibid. num.* 17. Hæc ipsa Auditorijs quibusdam recepta. Rota Rom. *decis.* 8. *de iureiur. in antiq. Ianuen. decis. 193. num. 3. & 13. vbi * de comm. * Triuis. decis. Venet. 64. par.* 1. *Ludouic. d. decis.* 18. *Osasc. decis. 125. n. 7. Grat. Rota March. decis.* 165.

Sed contraria quoque sententia habuit sectatores, qui communem facerent, & magis communem, vt plurium testimonijs constat, inter quos *Dec. ad cap. qua fronte. num. 8. de appell. Bursat. cons. 29. limit. 92. lib.* 3.

Curt.

Curt. sen. cons. 45. art. 2. Marsil. ad l. de vnoquoque. nu. 193. 194. ff. de re iudic. Rol. d. cons. 13. num. 25. Gouarr. d. num. 6. Tiraq. ver. Res inter alios acta. limit. 30. Vrsill. ad Affl. d. decis. 220. num. 14. Mancin. sup. num. 9. Tusc. sup. num. 3. Marches. cum Viu. & alijs sup. num. 5. qui magnā congerit Doctorum cateruam cum Gabriel. tit. de citat. concl. 1. num. 85. Accesserunt Guid. Pap. decis. 140. Capel. Tholos. decis. 62. Caputaq. decis. 292. incip. absolutio. in manuscriptis, referen. Manc. sup.

Nihil in praxi tam varium; Authores retuli, quorum testimonijs liqueret, vtramque sentētiam paribus fuisse receptam votis. Si referre singulos debeam hanc, vel illam partem contuentes, dies me deficiat, nec desunt, quos sibi ipsis contrarios carpserit cum alijs *Marches. sup.* Certe qui communes faciunt sententias, qui (inquam) bene discusso negocio de veritate responderunt, citationi plurimum fauere videntur. Hoc habet prior sententia, quod in Curijs frequentior est, & audio passim Romę, & Florentię.

Mihi itaque duplex insidet labor; Alter, vt citationis partes pro veriori defendam, nam inter duas æque communes disquirenda veritas per argumenta est. Alter, vt plane demonstrem, Curialem vsum, quem diximus, vsum non esse, sed abusum ab omni bene constituta Curia eliminandum, eradicandumq;. Certe, si abusus dici potest citationis pręteritio, videant, an abuti se putent Religione iurisiurandi, qui non tantum non citant, sed nec fumum quidē habere cu-

rant

rant, hoc est, eam, quam diximus, causę cognitionem. Vide, quæ paulo ante *c. 11.*

Qui citationem explodunt, his plane ducuntur argumentis.

2 Primo autem quia tunc citatione opus non est, cum omnino nullum, aut valde modicum inferre præiudicium valet citationis præteritio. *cap. dilectus. de off. leg. Oldrad. cons. 120. Calder. cons. 1. de fer. num. 2. late Barba. cum relat. ad Rub. C. qui admit. num.* 87. vt in specie nostræ relaxationis, quæ aduersarium non lædit, si quidem ea virtus, quæ ex iureiurando contractui accedit, salua manet, & illibata, si defensiones ille habeat, qui iusiurandum recepit, nam si non habet, æquum fuit, & est, vinculum laxari Sacramenti.

3 Confirm. duplici exemplo. Alterum liberti est, cui Patronum vocare in ius non licet absque venia Prætoris. *l. 4. ff. de in ius voc.* & tamen nulla opus citatione est, dum venia petitur, cum debeat libertus de iuribus suis experiri, nec patrono afferre præiudiciũ

4 possit. Alterum agnoscentis bonorum possessionem est, in qua nec citatio requiritur scripti hæredis, quia discutiendum manet deinceps in petitione hæreditatis, potuerit ne agnoscere. *alleg. l. filius. §. si quis ff. de legat. præstan. late Barbat. d. num. 87. & seq. Ioseph d. decis. 18. n. 4.*

6 Accedit, non esse necessario vocandum eum in ius, qui comparens contradicere nequit, vel impedire.

H *l. recu-*

l. recusare. in princ. ff. ad Trebell. d. cap. dilectus. de off. leg. Castr. cons. 259. num. 2. vers. Vnde cum ipsa altera. vol. 2 Dec. cons. 498. in fin. as. ad l. nequicquam. n. 31. ff. de off. Procons. & leg. Maran. spec. par. 6. recte concipiatur citatio. num. 5. Talem eum esse, qui iuramentum rece-
7 pit, probant, quia in potestate eius non est habilitationis beneficium auferre, quod concessum a iure *c. indultum. de reg. iur. in 6.* Esse autem beneficium, & indultum, rursus eo suadent, quia iuranti datur, ne
8 periurium incidat, & non tantum non nocet, sed prodest ei, cui præstitum iuramentum est, quia a peccato eximitur, & gehenna.

9 Denique, cum ex iuramento ius quęratur Deo, qui præsens semper est, cumq; valeat Ecclesiasticus vice Dei prouidere, & dispensare, superuacanea citatio redditur.

Hæc sunt argumenta, quæ validissima prædicat *Marchel. d. §. 3. num. 6.* & quibus permotus in eandem sententiam abijt *Sanch. decal. lib. 3. cap. 21. num. 28.*

Conclusum pro citatione.

EGo plures facio conclusiones, quibus veritas firmetur.

10 Prima conclusio. Obligationis ius ex iureiurando non Deo tantum quæritur, sed & homini, cui iuratur. Agimus enim de promissiuo iuramento, quo duplex acquiritur ius. Alterum, vt promissa custo-

dian-

diantur; Alterum, ne iuranti ingressus pateat ad iudicium, vt *sup. c.* 11. Enimuero absolutio in causam agendi viam aperit ad litem, quæ præclusa a iuramento fuerat; quare, &c.

Secunda conclusio. Absolutio viam reserans ad agendũ
12 causæ cognitionem prerequirit saltem summariam,
13 vt *sup. d. c.* 11. & procedit a iurisdictione contentiosa, quæ in inuitum exercetur. *l.* 2. *vbi DD. ff. de off. Proconſ.* ergo citationem petit.

14 Probatur sequela, nam si de iustitia quærendum causæ est, nihil agitur parte nõ vocata. *l.* 2 *verſ. si causa cognita. ff. de bon. poſſ.* vbi Vlp. *Si causa cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali, quia neque decretum de plano interponi, neque causa cognita bonorum possessio alibi, quam pro tribunali dari potest.* Ibi Gl. *verſ. pro tribunali.* mouet questionem. *Sed nũquid vel petitio olim, vel agnitio hodie fieri debet altera parte præsente, & contradicente in forma iudicij? Quod videtur. l. in causæ. §. causa. ff. de Minor.* vbi idem Vlp. *Causa enim cognita, & præsentibus aduersarijs, vel si per contumaciam desint in integrum restitutiones perpendendæ sunt.*

15 Ecce, quia restitutio in integrũ indulgeri debet causa cognita, propterea vocandi aduersarij.

16 Et contra inauditam partem definiri nihil posse dicimus ex *cap.* 1. *de cau. poſſeſſ. & propr. c. inter quatuor de maior. & obed.*

Amplius, vel defendere aduersarius se potest aduersus eum, qui laxari sibi iuramentum postulat, vel non

potest. Nam, si non potest ipse se defendere, superuacanea quoque est cognitio illa causæ, illa (inquam) iudicialis disquisitio, quam dixi *sup. d. cap. 11.* At si defendere se potest, ergo, vt se defendat, citandus est. *clem. pastoralis. §. cæterum. de re iudic. Dec. cons. 498. in*
17 *fin.* traditum quippe est, nec Dęmoni quidem negatas suas defensiones.

Et videtur necessaria sequela hęc. *Negocium expeditur cognitione causæ, ergo non nisi præuia citatione;* quia fun-
18 damentum iudicij cuiuslibet citatio est, vt not. *ad c. Ecclesia. S. M. de constit. ad Rub. ff. de iureiur. Anch. cons. 372. num. 4. in puncto. Maran. sup. n. 1. & seq.*

Et quia non potest integra haberi cognitio causæ,
19 nisi ad opponendum vocato contradictore, causarum namque merita partium assertione panduntur, ait tex. *in l. vlt. C. si per vim, vel alio modo, &c.* & iudi-
20 cium est actus collationis *ex Philos. & Caiet. 2. 2. D. Tho. q. 88. art. 1.* munusq; est iudicantis conferre partium conditiones ad iustitiam, veritatemq; & ex ea collatione eligere, determinare, pronunciare. At collatio nulla est, nisi petente Actore, cõtradicente reo, & in certaminibus negocij. *l. 1. C. de plus petit.* quibus respondet requisita illa personarum contentio in cõmuni illa definitione iudicij. Dixi *Sac. iur. contr. dissert. 3. cap. 5. num. 18.*

Tertia conclusio. Relaxatio in causam agendi est actus
21 præiudicialis ei, qui ex iureiurando ius habet. Ergo citatione opus est. Sequela patet ex deductis. Ante-

cedens

cedens suadetur ex praeiudicijs, quae incurri ab eo valent, cui praestitum iuramentum est.

Praeiudiciale itaque est parti, vt relaxatione aperiatur litis ingressus, nam iuramenti vinculo assequimur, ne capere iudicium cogamur. Aliquid ergo est, quod absoluto adesse videatur, parti abesse.

Dices, minimum esse praeiudicium, quod curandum proinde non sit.

22 Sed perperam, nam neque in minimo partem laedere iudex debet, *arg. l. & in maioribus. C. de appell. l. appellanti. ff. eod. tit. Anchar. in puncto d. cons. 372. n. 3.* Videamus, num adeo leue praeiudicium istud sit? Quod nego, nam in vno praeiudicia multa sunt, quae si leuia dixeris, dum singula spectantur, non tamen negaueris, grauamen habere non minimum, si iungantur.

23 Ecce enim, si habeat creditor partem iuramēti vinculo alligatam, satis assequitur, quod iuramentum addit forum foro. *c. vlt. de fo. compet. in 6. fac. not. ad l. cum patrem. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Tiraq. in puncto d. tit. res inter alios acta, limit. 30. vers. & hoc multis.* Ex eodem ligamine consequitur is, cui iuratum est ne mora debitoris debilitetur contractus, *ad scripta per Marches. post alios sup. ead. p. 3. de commiss. relax. &c. §. 3. num. 6.* ne ve litium vexationibus sumptibus,

24 periculisq; iactetur. Hinc restitui minor in integrum debet, non tantum, si de bonis eius aliquid minuatur, verum quoque, si litibus agitari possit, atque ex-

pen-

25 pensis. *l. minoribus. ff. de minor.* & dubiũ sẽper esse litis euẽtũ dicimus ex *l. quod debetur. ff. de pecul. Anch. sup.* Ab eodem procedit, ne calumniam creditor patia-
26 tur, qui satis conqueri posset audiri calumniatorem *contra tex. in l. satis aperte. C. de fals. & quæ Fely. d. c. 1. de iureiur. num.* 25. Relaxationem per calumniam peti posse dubitandum non est, & nunc dicere incipio, irrationalem esse consuetudinem, quæ pluribus irrepsit Curijs, ne citari illum opus sit, cui iuratum.
27 Irrationalem, quia non tantum calumnias fouet, sed cum his quoq; periuria; nam si necessaria est cognitio causæ, ne periurijs aperiantur viæ, vt *sup. cap. 11.* siq. non potest iudex de causa cognoscere, pręterquam vocato eo, cuius interest, vt probatum est, sequitur, omissionem citationis nutritiuam peccati, periurijq; esse adeoq; damnandam. *cap. vlt. de consuet. cum not.* Ecce enim, si absolutionem qui petit, conscius est, posse aduersarium iuste capere, quod promissum, absolutio nõ suffragatur in foro salutis, immo peccat lethaliter non tantum cõtra iustitiam, verum etiam contra Religionem; peierat enim, damnisq; obligatur, & expensis. *Moli. de iust. & iu. to. 1. disp. 150. vers. illud. col. 3. lit. c. Sanch. decal. lib* 3 *cap.*
* 12. *num.* 60. cum communi omnium, * vt *d. cap.* 11. At obsecro, quot admittuntur huiusmodi periuria ex spiritualium iudicum facilitate nescio, an impietate? Quid vetat, iureiurando constrictum adire iudicem, & recepta absolutione per narratio-

nem

nem commentitiæ causę Deo simul, atque homini eludere?

28 Vnum addo, quod de hisce rebus cogitantem prope exanimauit. Fuit iure ciuili inuentum iuramentũ calumniæ, vt sacramenti metu contentiosæ litigatorum istantię compescantur, neque inter eos tantum, verum quoque inter Aduocatos eorundem. *l. 1. &* 2. *C. de iureiur. propt. cal. l. iusiurandum. §. qui iusiurandum. l. si non fuerit. ff. de iureiur. cum simil.* Et ne remitti iuramentum istud posset a partibus, sed subeundũ omnino esset, fuit simul imperatoria sanctione prohibita remissio, eo addito, *quia non pro commodo priuatorum, sed pro communi vtilitate presentem legem posuimus. d. l. 2. §. sed quia veremur.* Tunc ego. Christiani Impp. & cum his certatim ethnici iuramentum calumnię cõprobarunt, iniunxeruntq; vt contentiosis hominibus occurrerent, & nos excusso calumniæ metu, nos (inquam) publicæ vtilitatis, eternęq; salutis despecta causa, a iuramentis absoluemus?

Scio, Curialibus non placitura hæc, qui lucro deser-
30 uientes enutrire morem non verentur, quem damnamus. Clament leges, & canones, quãtum possunt, litibus obuiandum esse, nam Curialium turba suæ rei melius consultum æstimabit, si lites nutriat, quantum possit.

31 Possem nonnihil de citatione adijcere, quæ si prætereatur, defensionem adimit iure naturali competentem. *clem. pastoralis. §. cæterum. de re iud. Maran. sup.* re-

cte concip. cit. circa princ. Mant. decis. 299. num. 3. Sed
32 dum id recogito, metuo practicos, qui eo venire stylum, & consuetudinem posse autumant, vt citationi præiudicet *Bal. ad Auth. si quis in aliquo. n. 21. vers. tu dic. C. de eden. Alex. cons. 65. num. 9. & 10. vol. 1. penes Marches. sup. §. 2. num. 17.* Iniqua praxis, si intemperanter adhibeatur, maxime, si calumniam foueat, tunc enim & quod naturę est, adimit, & quod
33 ei refragatur, inducit. Sed & iuramentum calumniæ statuto aliquo, vel consuetudine remitti non posse, plane docet post alios *Mancin. de iuram. par. 2. art. 1. n. 9.* Nos itaque & calumniam simul fouebimus, & periurium?

Contraria soluuntur.

PRimum, ac præcipuum argumentum iam non vrget.

34 Non valet exemplum liberti; nam resp. patronum non esse citandum, quia nulla habetur cognitio causæ in decernenda venia, sat quippe consultum existimauit Prætor reuerentiæ patronali, si venia peteretur. Sed neque irreuerentiam aliquam libertus cõmittit aduersus patronum, si in Iudicio non probauerit. Nos de relaxatione disserimus, quę causę cognitionem desiderat, & periurum facere iurantem potest, vt *sup.*

35 In eadem pene causa ille est, qui bonorum possessionem

nem agnoſcit; hæredem namque non vocat in ius; quia non ei præiudicat, cum agnitio pendeat a voluntate agnoſcentis nullo ſuppoſito aduerſario, aut præiudicio cuiuſpiam, nec plus aliquid acquirere videatur agnoſcens, quam ante haberet, vt plenius ex *Barba. ad Rub. C. qui adm. num. 87.* a quo etiam patet, id quod in argumento præmittitur, in quęſtione eſſe.

36 Non obſtat, in ius vocandum eum non eſſe, qui contradicere non poſſit, nam mirarer, ſi verum eſſet, neque enim id probant, aut probare vſquam poterunt aduerſarij. Dicant, obſecro, non poſſe vocatum contradicere, quia non ļęditur, cum excutienda poſtmodum cauſa ſit in iudicio reſciſſorio, an non hæc maxima ineptia ſit? Nam ſi reſtitutio minori con-
37 ceditur, diſcutienda deinceps cauſa eſt in iudicio principali, & tamen reſtitutio dari, niſi cauſa cognita, non debet, vocatoq; eo, cuius intereſt. *d. l. in causæ. §. cauſa. ff. de minor.* idq; ipſum contingit in cauſis pluribus, quę præparatoriæ ſint futuri iudicij, excuſſionemq; poſt ſe habeant principalis rei, & tamē cauſæ indigent cognitione. Sed cum ſatis probauerimus, actum relaxationis pręiudicialem ſui natura eſſe, non hic diutius immorandum. Vnum quæro. Seius coram Epiſcopo abſolutionem petit iuratoriam; id autem cum reſciuiſſet is, cui iuratum eſt, cōparet, licet non vocatus, & opponit, abſolutionem per calumniam peti, an audiendus non ſit? certe

38 qui cogere aduersarium potest, vt de calumnia iuret. *d.l. 1. C. de iureriur. propt. cālum. Mancin. de iuram. par. 2. art. 1. in princ.* is multo magis obijcere calumniam potest, ne iuramentum relaxetur; idq́; vel in iudicio ordinario simus, vel in summario *ad tradita per Mancin. ibid. num. 10. & 61.*
39 Non obstat ratio beneficij communis ex *d. c. indultum.* Nam resp. relaxationem non esse sub genere indulti a iure concessi, vt sic; exempla habes a Glossographo, & alijs *in d. cap. indultum*. Vel dices, proditum fuisse a iure beneficium relaxationis sub ea conditione, vt causa cognita & dari debeat, & negari *iux. tradita per eund. Glossatorem*.
40 Quod proponebatur, relaxationem fauere ei posse, cui præstitum iuramentum sit, ridiculum videtur; eximendus quippe est a periculo peccati causa cognita, adeoq́; vocatus, vt decet, & auditus, ne plus ei noceat, quam prosit commentitia ista charitas. Eximendus (inquam) a peccato, sed non ita, vt, dum alter educitur, in foueam alter immittatur, nam is quoque liberandus a periculo periurij est, qui iurauit. Reliqua ex his soluta manent.
Absolutionem absque citatione indultam magis facto
41 ipso, quam iure sustineri, docet *Gui. Pap. decis. 140. num. 13.* Eandem, licet præstanda non sit inaudito eo, cuius interest, præstitam tamen tenere, repetit
42 *Tiraq. d. tit. res inter alios acta; limit. 30.* Ego nec valere præstitam puto cum posteriori sententia, qua-

pro-

propter nec feriali tempore concedi posse, quicquid velint anterioris sententiæ sectatores, queis hæret *Mancin. de iuram. d. par. 6. q. 14.*

Nec moror distinctiones, quæ interponi hic solent per
43 relatos. Vna placeret fortassis, si daretur. Crederem posse iusiurandum relaxari absque citatione, si instrumenti facies plane ostenderet, atque euidenter, nullam aduersario competere defensionem posse *iux. tradita per Fely. ad c. 1. de iureiur. num. 25.* Subsisto tamen hic paululum, & nihil firmo. At etiam decipe-
44 re nos plerumque solet instrumenti facies, ideoq; cauendum. Ecce (aiunt) si iudici instrumentum proferatur, quo debitor vsuras soluturum se promiserit, nec repetiturum, hic certe nulla defensio videri potest creditori competere; cum tamen satis compertat, si probare creditor valeat, debitorem quoque vsurarium esse. *c. quia frustra. de vsur. Fely. ibid.*

Sequitur, vt de causis videamus.

An ex omni causa petenda relaxatio sit a iuramento, & quid, si contractus sit nullus. Cap. XIII.

1 *IVramenti vires in actu irrito.*
2 *Et quando omnino non liget.*
3 *Iuramenti irriti an petenda relaxatio.*
4 *De Iosue foedere cum Gabaonitis iurato.*

1 2 5 Ia-

1 IVramentum, quod interponitur in actu aliquo irrito, quandoque iurantem nô obligat, quia ipsum quoque nullum est. Quandoque iurantem obligat religione sacramenti, sed actum irritum non confirmat; Quandoque, & iurantem obligat, & actum iure irritum simul confirmat. Videamus de singulis.

De

De Iuramento, neque obligante, neque confirmante.

2 IRritum est iusiurandum, & nullius ex se valoris, vel momenti, quod seruare nequit, qui iurauit, sine dispendio æternæ salutis. *c. quanto. cap. cum contingat. de iureiur. Cald. cons. 9. eod. Rota apud Seraph. decis. 1184. n. 6. & in nouiter nouiss. decis. 777. n. 4.* Si igitur lethalē culpā ingerit obseruatio iuramēti, nō afficit iurantem, ne induci ad peccandū videamur religione sacramenti, quod implicat. *Manc. de iuram. p. 1. q. 6. n. 1. & seq. Sanch. decal. lib. 3. c. 9. nu. 19. Suar. de Relig. tom 2. de iuram. lib. 2. cap. 14. num. 1. vbi de communi* * *omnium, de qua etiam Comitul. respons. lib. 2. q. 1. num. 2. & seq.* Immo si venialem. *Abb. ad c. cum contingat. num. 7. vbi Alciat. num. 52. Moli. tom. 1. de iust. & iu. disput. 149. col. 3. vers. his exemplis. Suar. sup. cap. 15. vbi de comm.* * *num. 1. Sanch. d. num. 19.* Et licet non inducat salutis æternę dispendium cum imperfectione animæ, satis tamen est, vt ad mortale disponat, damnaq; habeat, de quibus *ibid. Suar. nu. 3.* vbi de quæstione plenius.

3 Quero nunc, an sacramenti irriti laxatio peti debeat, an etiam contrauenire fas sit priuata iurantis authoritate. Affirmarunt multi, relaxatione omnimodo opus esse, quos retulit *Mancin. sup. par. 4. eff. 103. num. 3. & par. 6. q. 9. num. 4.* Vide *Seraph. de iuram.*

priuil.

priuil. 174. *num.* 3. *Aymon conf.* 191. *num.* 7. *Iaf. ad l. vbi pactum. num.* 25. *C. de transact.* Ante eos *gl. ad cap.*
4 *innocens. ver. confirmauit.* 22. *q.* 4. per eum tex. vbi Iosue iurauit fœdus cum Gabaonitis, seq. eo iureiurando ligatum censuit, licet resistente præcepto Domini. *Deuter.* 7. *Non inibis cum eis foedus, &c.* Immo valuisse iuramentum creditur ex 2. *Reg.* 21. Vnde habemus, Deum fame afflixisse populum suum propter Saul, quod Gabaonitas occidisset contra iuratum ijsdem fœdus. Approbat *Grat. d. c. innocens. §. illicitum*; docens, ex ignorantia facti valere potuisse; sed reprobante *Suar. sup. c.* 18. *num.* 4. qui deinceps *num.* 5. *& seq.* late tuetur cum *Lyrano in Iosue*, necnon *Ambros. & August.* iuramentum illud non fuisse de re illicita, aut contraria legi Dei, si quidem prohibitum fuisse a Deo Moysi, ne cum gentibus illis fœdus iniret, vti perseuerantibus in infidelitate, & duritie, non si conuersi ad Deum, subiectiq; & humiles fœdus postulassent.

Glossator rem melius probat ex *c. venerabilem. §. idē etiam. de elect.* vbi iuramentum erat illicitum, & tamen non debuit citra Apostolicæ Sedis authoritatem præteriri.

5 Solutio prompta est ex *vers. vtrum.* quo Romanus Pontifex satis declarat, dubiam eo loci fuisse iuramenti pręstiti inualiditatem.

Validiora sunt, quæ extra glossema illud obijci consueuere. Vide *Alciat. d. cap. cum contingat. n.* 79. *Suar.*

d. cap.

6 *d. cap. 15. num. 5. Sanch. sup.* Inter hæc locus difficilis *in cap. cum quidam. § illi vero. de iureiur.* vbi Vrban. 3. *Illi vero, qui iurant non loqui patri, vel matri, sorori, vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non exhibere, absoluendi sunt ab illius obseruantia iuramenti, cum illicitum sit, & contrarium rationi, iniuncta tamen eis de hoc, quod male iurauerant, pœnitentia competenti.* Ecce ipsa Pontificis assertione illicitum, & rationi contrarium iuramentum absolutione indiget Ecclesiastica.

De hoc tex. nonnulla habet *Couarr. de pact. par. 2. initio num.* 4. qui aliorum interpretationes, solutionesq; refellit. Sed refellitur ipse ex traditis per *Suar. d. c. 15.*
7 *num. 5. & 8. & per Sanch. d. c. 9. num. 13.* Non enim placuit, aut placere valde potuit Glossographi expositio de absolutione, quæ ad cautelam datur. Nam quid opus cautione? An non illicitum est iusiurandum, rationiq; contrarium? An in dubium vocare licuit, valeret ne iuramentum, quo peccatum nutriretur? Quare nec valet solutio *Alciati sup. n. 83.*

Credidit *Suar.* exponi rem posse iux. legalem quendam loquendi morem, de quo præcipue *Glossator ad cap. audiuimus. 24. quæst. 1. Audiuimus* (inquit tex.) *quod Henricus Rauennas dictus Archiepiscopus visus sit te excommunicare. Verum, quia excommunicatus te excommunicare non potuit, apostolica authoritate te, tuosq. absoluendo, mandamus exinde nunquam curare.* Absoluendo (explicat Gl.) idest *absolutos esse ostendendo, idest, non ligatos.* prout *in cap. Excellentissimus 11. q. 3. cap. authorita-*

ritatem. 15. *q.* 6. *l.* 2. *C. de legit. hæred.* Absoluuntur itaque in obiecto canone, qui illicite iurant, & irrationabiliter, hoc est, absoluti declarantur, & non ligati. Si velimus verba Canonis proprie accipere, de absolutione (ait Suar.) intelligere debemus, quæ cum necessaria non sit, petenti tamen, & volenti datur ad quietem.

At hercle tam difficilis obiectio est, vt reprehendere eos non audeam, qui pro relaxatione responderunt. Cęterum pro contraria sententia resoluendum est cum *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 7. *in corp. & art.* 9. *ad* 3. *Cald. cons.* 9. *de iureiur. Nauar. summ. cap.* 12. *num,* 16. *&* 17. *Barbo. ad l. alia. §. eleganter. num.* 28. *&* 29. *ff. solu. matr. Gutier. de iuram. par.* 1. *cap.* 72. *num.* 5. 6. *&* 7. *Say. cla. reg. l.* 5. *cap.* 8. *num.* 13. *Suar. sup. cap.* 41. *num.* 1. *vbi de comm.* * *Alciat. d. cap. cum contingat. n.* 78. *&c. vbi de comm.* * *omnium Sanch. d. num.* 13. Vt tamen sciamus, valere commune assertum posse in nullitate

8 aperta, nam si quid dubitare de ea possumus, petenda relaxatio est. *d. cap. venerabilem. §. idem etiam. Gu-*

9 *tier. d. num.* 7. Valere etiam dico secluso scandalo, si quidem eo imminente relaxationem implorari oportere docuit Suar. *d. n.* 1. Addes ad praxim, quæ *infra cap. vlt.*

De

De iuramento obligante, sed non confirmante.

10 DIxeram, iuramentum ligare interdum, nec tamen eo venire, vt actum per se nullum valeat confirmare. Exemplum in actu, qui in odium Creditoris irritatur, qui (inquam) turpitudinem continet ex parte Creditoris, licet nullam contineat ex parte iurantis. Hanc propositionem, vel regulam firmat *Gutier. d. num.* 7. & fuisse *Bartoli, Castren. Abb. Fely. Couarr.* & omnium * dixit *Suar. sup. cap.* 27. *num.* 2.

Ratio, & fundam. Quia iusiurandum eo modo præstitum non aliter ligat, quam ex reuerentia Sacramenti, adeoq; non plus iurantem obligat, quam, vt verum faciat esse, quod diuini numinis testimonio repromisit. Verum autem facere potest citra confirmationem irriti contractus, quare, &c.

Accedit, quod a lege humana, seu Canonica, seu Ciuili nullum suppetit auxilium, quo contractus iuramenti vinculo firmari possit, obstat enim honestatis, & iustitiæ ratio, vbi iniuria viget, & turpitudo Creditoris, quem non decet ex delicto commodum reportare. *Sanch. cum pluribus decal. d. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 51. Exemplo est, quod legitur *in cap. debitores. de iureiur. h. u. Debitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerint, cogi non debent. Si vero de ipsarum solutione iurauerint*

rint, *cogendi sunt Domino reddere iuramentum. Et cum vsuræ solutæ fuerint, creditores ad eas restituendas sunt*
12 *Ecclesiastica seueritate, si necesse fuerit, compellendi.* Ecce obligatio de vsuris soluendis irrita est in odium Creditoris, vt dicitur *in princ.* Si vero fuerit iurata, potest debitor seruare iuramentum, nam soluendo non peccat, nisi ad fœnerandum allexerit creditorem alioqui non facturum. *D. Tho. 2. 2. quæst. 78. art. 4. in corp.* Dixi *Sac. iu. controu. dissert.* 10. *cap. 2. num.* 23. Cumq; seruare iuramentum debitor possit citra dispendium æternæ salutis, tenetur vtique. *d. cap. cum contingat. cum alijs sup.* Tenetur autem non quasi ex conuentione iureiurando firmata, sed quasi ex religione sacramenti, quæ a se ipsa manet, & obligat, vt dicebam. Vide *Suar. sup.*
13 Ad eandem causam pertinet iuramentum vi præstitum, vel metu, de quo *in cap. si vero. cap. verum. de iureiur. Calder. d. cons. 9. eod.* potest enim a debitore seruari citra dispendium, nisi aliud resistat, sed in odium creditoris irritatur &c.

Ad hæc itaque iuramenta conuertitur disputatio, quæ odio recipientium a lege irrita pronunciantur, & tamen debitores ligant virtute Religionis. Relaxanda enim sunt ad effectum agendi, vt creditorum pateat turpitudines, ac plena exinde sequatur absolutio, vbi apparuerint.

De Iuramento obligante, & confirmante.

14 ADdideram, iuramentum eo venire interdum, vt non tantum obligare virtute Religionis, verum etiam confirmare contractum possit humana aliqua constitutione irritum. At, si iuramentum proponatur huiusmodi, impertinens ad rē nostrā est, adeo enim obligat, vt relaxari non possit. *Sanch. cum relat. sup. d. lib. 3. cap. 12. num. 63.* si quidem nunc præmittimus, irritari a lege contractum solo fauore debitoris citra odium creditoris, adeo q; obligari debitorem, qui non tantum seruare iuramentum possit, & debeat quasi non vergens in dispendium æternæ salutis, verum etiam fauori suo renunciasse ipsa iurandi causa videatur.

15 Oppones, obligatorium non esse iuramētum, quod contra bonos mores est. *cap. non est obligatorium. de reg. iu. in 6.* bonis autem moribus reluctari iusiurandum illud, quod adponitur ad firmandum contractum humana lege irritum, quomodocun que irritetur, etiam solo fauore debitoris. Hucusque ergo relaxari posse, maxime, quia vbique supponimus, iureiurando firmari contractum huiusmodi, quo nihil incertius, vel in theoresi, vel etiam in praxi, cum nec dignosci posse videatur, quid fuerit communius creditum, vt per *Alcia. d. cap. cum contingat. a num. 60.*

Suar. d. lib. 2. cap. 28. & seq. cum trina sententiarum varietate. Sanch. lib. 3. decal. cap. 12. nu 8. quatuor referens scribentium placita cum prope innumeris præcipuorum sectatoribus.

16 An iureiurando confirmetur contractus in specie nostra, non est, cur admodum sollicite requirere debeamus; satis fuerit, si dixerimus, seruandum esse iuramentum, aut petendam relaxationem, vtcumque non confirmaretur ex eo contractus *iux. antedicta*. Sed & pro confirmatione militát plus quam septuaginta apud *Sanch. ibid. num.* 11. cum quibus & ipse est, nec recedit *Suar. sup. cap.* 29. *in princ.* licet cum temperamento, credit enim non directo, & formaliter, sed indirecto firmari contractum irritum, hoc est, penes effectus, quos habere posset circumscripta lege irritante. Regulam ad dignoscendum, quando iuramento firmetur conuentio, vel minus, dat Sanchez explicatissimam, & pluribus constabilitam authoribus *d. lib.* 3. *decal. cap.* 12. *num.* 42. *& seq.*

17 Ad *cap. non est obligatorium*. resp. non valere iuramentum contra bonos mores naturales, qui scilicet ad causam pertinent honestatis; valere tamen posse contra bonos mores ciuiles, eos videl. qui rationem tangunt politiæ, & conuenientis status Reip. *Bar. ad l. si quis pro eo. num. 6. & seq. ff. de fideiuss. Bal. nu. 1. & Castr. num. 1. ad l. pacta quæ contra. C. de pact. Calder. cons. 9. de iureiur. Abb. ad cap. cum contingat. num 7. vbi Alciat. num. 73. eod. tit. Dec. cons. 655. num. 15.*

Angel.

Angel. summ. ver. iuramentum. 5. §. 23. vers. decimosexto. Mancin. sup. par. 1. quæst. 6. num. 7. Gutier. de iuram. confirm. par. 1. cap. 40. §. 4. Suar. sup. cap. 21. in
* princ. & num. 5. vbi docte explicat, & de comm. * testatur, prout etiam testatur (quicquid deinceps velit) Couarr. de pact. par. 2. initio num. 1.

Prætereo quæstiones iuramentorum, quæ bonum commune lædunt, quæue tertio præiudicant, nec
* subinde valent ex omnium * sententia, de quibus plene Alciat. sup. num. 86. & Suar. sup. cap. 26 a quo potissime recolligere est, iuramenta, quæ legum statutis irrita pronunciantur, seruariq; prohibentur vti illicita, aliquid semper aduersus bonos illos mores, qui naturales dicuntur, implicare. Et vide Sanch. cum relat. sup. num. 45. & 49. Mancin. sup. num. 8. & par. 4. q. 4. eff. 1.

Sed obstare poterat; nam, si politicis legibus contrariũ iuramentum est, non potest vllatenus seruari, nisi cum peccato, & cum mala iurantis conscientia; li-
18 gant enim humanæ leges in foro animæ ex D. Thom. 1. 2 quæst. 96. art. 4. Sot. lib. 1. de iust. & iu. q. 5. art. 2. ad 1. & q. 6. art. 4. Azor. instit. moral par. 1. lib. 5. cap. 6. Say. tom. 1. Thes. lib. 3. cap. 4. num. 1. & 2. Couarr. reg. peccatum. par. 2. §. 5. num. 2. Bellarm. controu. tom. 2. lib. 3. de laic. cap. 11. Nauarr. sum. cap. 23. n. 54. Tiraq. præfat. ad lib. de vtroq retract. num 74. Gutier.
* canon. q. lib. 2. cap. 27. num. 11. vbi de comm. * Suar de
* ll. lib. 3. c. 21. num. 4 vbi de comm. * Salas ibid. disp. 10.

sect. 1. num. 2. cum prope innum. Becan. sum. Theol. par. 2. tract. 3. cap. 6. q. 2. Dixi ego *Sac. iu. contr. dissert. 1. c. 12.* Resp. multifariam. In primis, non defuisse, qui negarint, humanas leges in foro animæ obligare, cum id primus noluisse videatur *Gers. 3. par. tract. vitę spirit. lect. 4. alph. 62.* Circa quē insudant *Azor. Suar. & Sal. sup.* Et cum *Gers.* plures alios idem docuisse, seu Theologos, seu Iurisconsultos, testantur *Couarr. & Suar.* reijciendos tamen, quasi qui parum distare videantur ab hæreticis.

19 2. Resp. iuramenta, quæ dicimus, & sine peccato emitti, & emissa impleri sine peccato posse, licet aliquatenus resistente lege, vt inductione euincit *Suar. sup. cap.* 20. *num. 7.* & de comm. * testatur. Nemo enim dixerit, peccare filiam, quæ, dum nuptui traditur, paternæ substantiæ cedit sola dote contenta, licet ciuili lege interdicatur pactio eiusmodi. *l. pactum dotali. C. de collat.* ergo vt iuramento teneatur par est. *c. quamuis pactum. de pact. in 6.* Nemo etiam dixerit, peccasse vxorem, quæ cum adiectione iuramenti dotalem fundum alienauerit, licet contradicente lege, & ideo ligatur sacramento. *d. cap. cum contingat. de iureiur.* Nec dubium, nam vbique de fauore agitur iurantis, cui citra culpam renunciare potuit.

Vlt. resp. cum *eod. Suar. post alios acutissime d. c. 20. n. 6.* duo esse, quæ distinctionem recipiant, nec confundi possint, aut debeant, actum videl. promittendi, seu contrahendi, & actum implendi contractum, seu

pro-

promissum. Nam, si promittendi actio prohibita a lege sit, continuo tamen dicendum non est, actum quoque implendi prohibitum videri; ergo implendi actus firmari iureiurando poterit. Addit exemplum, nam si lex prohibeat promissionem non reuocandi testamenti, vel instituendi talem hominem, non tamen prohibet actum ipsum instituendi talis, vel non reuocandi.

Sed obijcere possis, actum illum instituendi, vel non reuocandi malum non esse, vel prohibitum, si quasi a libera voluntate exerceatur. At si impleatur quasi ex vi factæ promissionis, malum videri, vt & mala promissio fuit resistente lege. Sic malum non esse Religionem non ingredi, at si quis propterea non ingrediatur, quod promisit non ingredi, male agi. Respondet *Suar. d. cap. 20. n. 6. & plenius c. 24. n. 7.*

20 in iureiurando duo esse, promissionem scilicet, & assertionem. Non posse igitur virtute promissionis quidpiam agi, quando irrita promissio fuit, virtute vero assertionis, quam promissio includit, agi & posse, & debere, quod promissum est. Et certe, cum in actu supponatur honestas, neque aliud obstet, quam irritatio legis in gratiam priuati hominis, eo ipso, quo me facturum dixi, licet spondendo errauerim, exequi tamen valeo, non quia promisi, sed quia dixi, nam honestum a se est, verum vt faciam, quod asserui, licet non tenear quasi solutus ex decreto legis irritantis, quapropter, si iuramentum adiecero, con-
fir-

firmari assertio poterit, quippe quæ vera effici honeste valet. Sic manifeste corruit, quod assumebatur, iuramentum virtute promissionis obligare, cum (formaliter loquendo) virtute obliget solius assertionis. Hęc *Suar.* latius.

Relaxationum causæ recollectæ. Cap. XIV.

1 *Relaxatio generatim quando licita.*
2 *Iuramenti comites.*
3 *Relaxabilium exempla quasi per indicem.*



1 NO verbo. Si turpitudo aliqua, vel iniustitia deprehendi in eo potest, cui præstitum iuramentum est, tunc, qualiscumque promissio fuerit, relaxatur iuramentum, vt *sup.* & vide *Sanch. de*
2 *Matrim. lib. 1. c. 32. num. 15.* Si (inquam) ex tribus ad sacramenti statum requiri solitis, veritate scilicet, iudicio, & iustitia, vel vnum potuerit defecisse, seruari tamen iuramentum valeat absque dispendio salutis æternæ (nam si dispendium foret salutis, seruandum iusiurandum non esset quasi illicitum) relaxatio competit. *Cald. cons. 8. de iureiur.* Et hos quidem quasi iureiurando comites fecit *Hierem. 4. Iurabis, viuit Dominus, in iustitia, in iudicio, in veritate.* De quibus vide *cap. 2. 22. q. 2. cap. vlt. ead. q. 4. cap.*

& si

& si Christus. de iureiur. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. Sot. de iust. lib. 8. q. 1. art. 7. Mancin. de iuram. par. 1. q. 1. Suar. de Relig. tom. 2. lib. 1. de iuram. cap. 3. Sanch. decal. lib. 3. c. 4. Marches. cum relat. de commiss. relax. iuram. &c. par. 3. §. 1. num. 10.

Exempla relaxabilium hæc.

3 Si dolus inciderit; *ad not. in l. 2. C. de rescind. vend. in Auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. Aym. cons. 7. num. 3. Dec. cons. 180. num. 3. Sanch. sup. cap. 21. num. 17.*

Si metus. *Alex. cons. 42. num. 9. lib. 1. Crot. cons. 27. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 180. num. 3. Affl. decis. 263. per tot. & decis. 322. num. 4. & 6. Suar. sup. lib. 2. c. 41. num. 17. & seq. Sanch. sup. num. 6. & lib. 1. de Matrim. disput. 32. num. 15. Marches. de commiss. relax. ad eff. agen. par. 3. §. 1. n. 82.*

Si læsio enormis. *Calder. d. cons. 8. de iureiur. Abb. q. 2. col. 28. vers. Nonus casus. num. 21. Dec. d. cons. 180. num. 5. Affl. sup. Suar. sup. num 7. Mancin. sup. par. 6. q. 3. num. 3. & quæst. 4. Rota in recent. decis. 218. n. 13. par. 2.*

Si minæ, aut mendacium. *Alex. d. cons. 42. n. 19.*

Si turpitudo vsurariæ promissionis. *Abb. cons. 12. lib. 2. infi. Sanch. d. disput. 32. num. 15.* Dixi *sup. c. 13.*

Si circumscriptio simplicitatis, vt in muliere, rustico, minore *Dec. d. cons. 180. num. 4.* Videbis, quæ *Arr. egregie ad l. 2. C. de rescind. vend. par. 3. cap. 1. num. 6. & seq.*

Si ingratus donatarij animus. *Sanch. d. lib. 3. decal. cap. 21. num. 26.*

Accedunt congesta per *Tusc. vers. absolutio. concl.* 59. *Manc. d. var. 6.*

Relaxationi sufficere præfatis causas, dubitare non est, & si quæ aliæ, vt p. simulationis, erroris, temeritatis, difficultatis, ignorantiæ, & simil. Sed quia sæpe hæsitare contingit in quibusdam irritare ne actum valeant absque ope relaxationis, propterea de hac reple nius disquirendum.

De Iuramento per dolum præstito, & quid si per errorem, vel ignorantiam. Cap. X V.

1 *AN necessaria laxatio, quam dolus antecedit.*
2 *Dolus antecedens quis. 6.*
3 *Consensus abest, vbi dolus dat causam.*
4 *Iuramentum stare nequit absque consensu. 12.*
5 *Deus in iurante quid velit.*
6 *Dolus concomitans quis.*
7 *Et numquid inficiat iuramentum, vel quomodo. num. 10. 13.*
8 *Iuramentum semper bonæ fidei, & cur.*
9 *Dolosa conuentio quomodo rescindi dicatur.*
11 *Dolus concomitans an abrogare voluntatem videatur.*
12 *An etiam in iurante sufficiat consensus habitualis.*

14 Do-

14 *Dolus, qui se habet ad iurantem vt causa extrinseca, quid operetur.*
15 *De errore, & ignorantia iurantis.*


Ixi, causam esse iustam absolutionis dolum, qui in contractum incidisset, nec dubium, si valere contractus, aut iusiurandum possit.

Docent nostri, superuacaneam fore
1 absolutionem, si dolus contractui causam præbuis-
2 set, & vocari hic solet dolus antecedens, seu ex proposito, quo secluso actus non fieret *l. & eleganter, in prin. vbi late Cuiac. tom. 2. ff. de dolo*, iuxta quem accipiendus *tex. in cap. cum contingat. de iureiur. & cap. li-*
3 *cet. eod. in 6.* Ratio manifesta; quia consensus esse non potuit. vbi dolus causam dedit. *l. 1. ff. de dolo. cum not. l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de transact.* Dixi *Sac. iu. contr. dissert. 8. cap. 8. num. 5. & vide Sanch. decal. lib. 3. cap. 11. num. 38. & 41. cum alijs*
4 *infra referen.* Iuramentum quoque stare non potest sine consensu iurantis. *l. vlt. C. de non num. pecun. Couarr. de pact. par. 3. §. 4. num. 2. Suar. de Relig. tom. 2.*
5 *lib. 2. de iuram. cap. 11. num. 3.* Deus enim non verba audit iurantis, sed voluntatem. *c. humanæ aures. 22. q. 5. Suar. ibid.* qui itaque deceptus id, quod verba insonant, iurare noluit, obligari Deo non potuit.
6 Distinctio proinde haberi solet doli antecedentis, quo videl. sublato actus nō fieret, & doli cōcomitā-

7 tis, quo remoto actus tamen celebraretur. Et quia voluntas ex priori tollitur, non ex posteriori, propterea traditum, in priori non esse opus laxatione: Secus in posteriori. *Abb. d. cap. cum contingat. num. 3. & 23. vbi Alcia. num. 13. & 14. Selu. de iuram. par. 3. quæst. 1. num. vlt. Sylu. ver. iuramentum. 4. quæst. 8. num. 8. Aym. cons. 142. num. 27. Nauarr. Manua. cap. 12. num. 13. Couarr de pact. par. 3. §. 4 num. 2. in fi. & lib. 1. var a. cap. 4. num. 6. in fin. Seraph. de iuram. priuil. 83. n. 63. Gutier. de iuram. p. 1. c. 57. n. 12. Azor. tom. 1. Instit. Moral. lib. 11. cap. 7. quæst. 3. Mancin. de iuram. par. 4. eff. 1. q. 1. num. 1. & seq. Seraph. decis. 771. in fi. cum aaden.* Nec dubium, sic
* communiter * fuisse obtentum. *Alciat. sup.*

Licet autem in ea specie, qua dolus causam præbuit
* conuentioni, distingui comm. * soleant contractus bonæ fidei, & stricti iuris, & ex ea distinctione dijudicari consueuerit, num ipso iure aliqua videatur conuentio, vel nulla, id tamen (inquit *Alcia.*) ad iu-
8 ramentum non porrigitur, quod bonæ fidei vbique est, cum enim Deo fiat principaliter. *cap. debitores. de iureiur.* vtique bona fides exuberare semper in eo debet. *Sanch. sup. num. 41.*

Sed vtique membro distinctionis obsistitur. Contra-
9 ctum diximus esse nullum, si causam dolus præbuisset. Sed.

Obstant primo *Impp. in l. si dolo. C. de rescind. vendit.* h. u. *S. dolo aduersarij deceptam venditionem prædij te fe-*

cisse Præses Prouinciæ aditus animaduerterit, sciens, contrarium esse bonæ fidei (quæ in huiusmodi maxime contractibus exigitur) rescindi venditionem iubebit. At quorsum rescinderetur contractus, qui valere non potuisset?

Rescinditur (ait *Accurs.*) vti de facto processit. *Cuiac.* rescindi contractum docet, hoc est, reuocari data, & tradita vendicatione, & condictione sine causa. *Don.* planius explicat, & rescindi venditionem dicit ab effectu, quia (inquit) effectus eius, idest, id, quod inde secutum est, rescinditur. Æstimat vero, fuisse ex ea venditione translatum dominium; licet enim causa iusta ad eius translationem requiri dicatur; *l. numquam. ff. de acquir. rer. dom.* sufficere tamen si iusta sit opinione eius, qui tradit.

Secundo obstat *l. si res æstimata. §. 1. ff. de iu. dot.* vbi mulier, quę circumuenta a Marito fuit, vt seruum daret ex causa dotis, agit de dote, vt restituatur, quasi valuerit contractus.

Posset replicari solutio Glossatoris. *Cuiac.* soluit, mulierem non in contractu, sed in traditione dolum passam, quam fecit ex causa dotis itemq; in serui precio, quæ duæ captiones contractum nullum non faciunt.

Hæc de priori membro, in quo sequenda communis * sententia est.

10 Non idem de posteriori respondendum fortasse fuerit; Nam vtriusque doli, seu antecedentis, seu etiã

con-

concomitantis parem esse potestatem, quæ iuraméti vim omnino auferat, tuetur. *Suar. d. cap. 11. num. 7. & cum eo Sanch. d. c. 11. num. 43.*

11 Argumen. Quia si dolus antecedens iurantem facit inuoluntarium, vtique dolus concomitans eundem facit non voluntarium. Ergo vtriusque eadem vis est, & ratio irritandi contractus. Sequelam probant, nam iuramentum a voluntate esse debet; a voluntate autem non est, seu ipsum præcedat dolus, seu comitetur; quia nec sufficit in iurante consensus habitualis, qualis iste. *Etiam si dolus abesset, tamen iurarē.* Sed requiritur actualis in re illa, quæ promittitur. At non potest esse huiusmodi ex *D. Tho.* si tollatur actualis consideratio obiecti, quam procul dubio concomitans remouet dolus. Sic, ablato consensu ad iuramenti causam necessario, remanet iurans si non inuoluntarius, saltem non voluntarius.

12 Consensum habitualem non sufficere, multis probat *Suar.* quod satis fuerit indicasse.

Quid si substantiam dolus non inficiat?

DOli, tum antecedentis, quo secluso actus non fieret, tum concomitantis, quo actualis perimitur obiecti consideratio, habita distinctio est

* ex comm. * Scribentium, sed dubitatum, posse ex

13 vtraque deceptione moraliter, & ex prudenti coniectura affici substantialem materiam iuramenti,

dum

dum limitatio quædam obrepit ex intentione iurantis.

14 Quid, si materiam substantialem dolus non inficiat, sed quasi causa extrinseca quædam, & pure accidentalis esse videatur, quę ad iurandum moueret? Exemplum, si iurauero, me Titio daturum eleemosynam, qui vere pauper esset, sed deceptus credidero, conciuem meum esse. Et quia præcipuus scopus iurantis mei fuit, vt inopi subuenirem, causa autem ad iurandum excitans quasi accidentaria, & extrinseca nullatenus afficere substantialem materiam iuramenti potuit, propterea seruare iuramentum debeo, donec relaxetur. Hæc latius *Suar. d. c. 11. n. 11.* & alij *sup.* relati, qui indubitato credunt omnes,
* * iuramentum in hac specie vim habere, cum idem crediderint in anteriori specie causę concomitantis, quæ substantiam afficere posset sacramenti.

15 Cognationem cum dolo habent error, & ignorantia; ijsdemq; propemodum iuris regulis contineri videntur in hac parte. Vide *Suar. sup. Sanch. d. cap. 11. num. 38.* Et quæ *Mancin. sup. p. 4. eff. 1. q. 9. cum relatis, vbi* * *de comm.* * *& eff. 39. & p. 6. q. 18.*

De

De Iuramento per metum. Cap. XVI.

1 Doli & metus an impar causa.
2 An gesta per metum ipso iure nulla. 15.
3 Consensisse non dicitur in iurisdictionem, qui errore, vel vi, &c.
4 Doli & metus comparatio. 27.
5 Fur improbus, qui vi rapit.
6 Extorta a carcerato irrita.
7 Et facta a Tutore coacto.
8 Et metu promissa dos.
9 Et inuita testimonia.
10 Et venditio meticulosa.
11 Et transactio metu interposita.
12 Et matrimonium metu initum.
13 Metum passus quomodo agat.
14 Coacta voluntas voluntas est. 22.
16 Gesta per metum cur irrita, & quando.
17 Vis duplex.
18 Qui vi cum excommunicato communicat, non incurrit.
19 Qui inuitus baptizatur, non tenetur Ecclesiæ legibus.
20 Præcisæ violentiæ definitio, & exempla.
21 Conditionalis violentiæ ratio, & vires.
23 Iuramentum ligat si citra dispendium salutis. 33.
24 Iuramentum metu præstitum an liget. 26. 28.
25 Iureiurando non suppletur consensus. 32.
29 De iuramẽto redeũdi ad carceres cũ vitę discrimine. remiss.

30 Quod

30 *Quid si metu iuratum super contractu inualido?*
31 *Iusiurandum an supplere possit duo vitia.*

1 
Tatim dixeris, parem videri causam doli, & metus ex *cap. cum contingat.* ibi, *sine vi, & dolo sponte præstita, de iureiur. cap. licet mulieres.* ibi. *Non vi, nec dolo præstitum. eod. in 6.*

Respondet *Alciat. d. c. cum contingat. n. 15.* ex comm. * antiquorum, æquiparationem esse quoad quid, & in solo effectu. Quod itaque scribi solet, iuramentum dolo, metu ve præstitum non esse seruandum, intelligi de dolo ipso iure, de metu autem petita absolutione, prout de metu constat ex *cap. si vero. & c. verum. de iureiur.*

Nil fere plus agitatum, vel inter Theologos *3. sent. dist. 39* vel inter Canonistas *ad d. c. cum contingat.* vel inter Iuristas *ad Auth. Sacramenta puberum. C. si adu. vendit.* Vide *Affl. decis. 265. n. 2. & seq. & decis. 322. n. 4. & 6. Comitul. resp. moral. lib. 2. q. 2. n. 1.*

Nos maximi ponderis controuersiam nec contemnere oportet, nec confundere, quod & *Mancinus* alter noluit *de iuram. p. 4. eff. 1. q. 12.*

Erit itaque quæstio duplex. Altera, an gesta per metum
2 videri possint ipso iure nulla. Altera, quid iuris esse videatur adiecto iureiurando.

An actum metus ipso iure irritet.

IN 1. quæst. videretur affirmandum ex vtraque censura. Nam, si ius ciuile inspexeris, non secus de metu statuere possis, ac de errore. Hinc consensisse non
3 dicitur in iurisdictionem, qui, vel errore ductus, vel Præturæ viribus compulsus. *l. 2. in princ. ff. de iudic.* Comparantur ergo. Immo, si coactus quis à Prætore fuerit, *nulla* (inquit Vlp.) *iurisdictio est*.
4 De metu quoque idem statuimus, ac de dolo. Immo si dolus, qui occultam vim quandam in se continet, nullum, vt *sup.* diximus, consensum habet, minus certe, & velle, & consentire videri potest is, qui vi cogitur. Nam, qui metum infert, & dolo facere dicitur. *l. item si. §. penul. ff. quod met. cau.* & multo grauius crimen perpetrare, cum dolus ex insidijs. *l. 6. C. de dolo.* vis autem, metusq; palam admittatur, vt recte *Gothi-*
5 *fr. ad d. §. penul.* Hinc non fur tantum, quasi ex insidijs agat, sed fur improbus dicitur, qui vi rapit. *d. l. item si. §. qui vim. l. 2. §. cæterum. ff. de vi bono. rapt. & instit. de vi bon. rapt. in prin.* Dixi *sac. iu. contr. dissert. 8. c. 8. n. 9.*

Accedunt iurisconsultorum, Pontificum, Imperatorumq; exempla.
6 Hinc enim *Paul. in l. 22. ff. quod met. cau. Qui in carcerem quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob eam causam factum est, nullius momenti est.*

7 Et *Vlp. in l. 1. ff. de auth. tut. Tutor si inuitus retentus sit per vim, non valet, quod agitur.*

8 Et rursus *Paul. in l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. cau. Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem.*

9 Rursus etiam *Vlp. in l. qui testamento. in fi. ff. de testam. Sed si detenti sint inuiti* ibi *testes, putant non valere testamentum.*

10 Et *Alex. Imp. in l. 1. C. de rescind. vend. Si pater tuus per vim coactus domum vendidit, ratum non habebitur, quod non bona fide gestum est.*

11 Et *Diocle t. cum Maxim. in l. 13. C. de transf. Interpositas metus causa transactiones ratas non haberi, edicto perpetuo continetur.*

12 Et *Alex. 3. Pont. in c. 2. de eo, qui dux. in matrim. &c.* nullum esse reputat matrimonium illud, quod initum metu fuerit. Idem *in c. cum locum. de sponsal.*

Hæc cum ita sint, contrarium tamen suaderi videtur vtroque iure.

13 Iam enim, quod metu, aut vi gestum fuerit, vel traditum, reparatur actione, *quod metus causa*, qua metũ passus restituitur. *l. metum. 9. §. ex hoc edicto. ff. quod met. cau.* Quapropter, si metu coactus fuerim ab emptione, & locatione discedere, eadem actio competit. *l. si mulier. §. si metu. ff. eod. tit.* Congruit *l. non interest. C. quæ vi, met. cau. & c. 2. ext. eod.* vbi quæ vi, metu ve fiunt, reuocari in irritum debent, quasi non irrita ipso iure sint.

Denique, cum restitutione opus sit, constat, valere,

quod agitur. *cap. constitutus. de integ. rest.*

14 Hinc solemnis propositio. *Coacta voluntas voluntas est.* Vnde *Paul. d. l. si mulier. §. si metu. Si metu coactus* (inquit) *adiui hæreditatem, puto, me hæredem effici, quia quamuis, si liberum eßet, noluissem, tamen coactus volui.*

Et *Alex. l. cum proponas. C. de hæred. instit. Potuit enim, quamuis iubente Domino, nolle adire.*

Et *August. in c. merito. 15. q. 1. Sed vtique vult, propter quod facit, cum concord. in gl. ver. vult.*

Eamdem propositionem recepisse Philosophos, ac Theologos ex *Arist. 3. Eth. cap. 1. & D. Tho. 1. 2. q. 6. art. 6. & 4. dist. 29. q. 1. art. 1.* testes sunt *Couar. de sponsal. par. 1. cap. 4. num. 12. & Sanch. eod. tract. lib. 4. disp. 1. num. 1.* Dixi *ead. dissert. 8. c. 8. n. 14.*

Horum aliqua post quam *Mancin.* vtrimque congessit, & de sententia *Abbatis* docuit *in d. c. 2. & eq.* priori sententię, quæ nullitatem fouet, libentius accedit *d. par. 4. eff. 1. q. 12. num. 6.*

15 Verumtamen, vt iura iuribus concilientur, resoluit ex eod. *Abb. ad cap. cum contingat n. 3. & ibid. alijs,* gesta per metum non valere, in quantum stare iubentur sine effectu, cum reuocentur probato metu.

* Est & magis communis * iurium compositio penes *Seraph.* (qui itidem testis) *priuil. 110. nu. 8. & passim,* vt metu gesta sint ipso iure inualida in ijs casibus, in quibus lex omnino liberam exigit voluntatem, additq; exempla resignationis, voti, matrimonij, promissionis dotis, de quibus & alijs *gl. 1. ad d. c. 2 de his, quæ vi, met. cau. fi.*

Quæstionis alia resolutio.

16 IAm non ambigitur, metu gesta non ex alio posse irrita censeri, quam ex defectu consensus, cui nihil tam contrarium est, quam vis, & metus. *l. nihil consensui. ff. de reg. iur.* At totum consensum, totam voluntatem abrogari necesse est, vt dicamus, videri actum ipso iure irritum, quod non in simplici metu contingere potest, sed in præcisa coactione, quæ vim afferat maiorem & talem, vt resisti ei non possit. *Seraph. d. priuil.* 110. *num.* 18.

Hanc ego rem vt planius explicem, non possum nisi ea transcribere, quæ scripsi latius *d. differt.* 8. *c.* 8. *n.* 15.

17 Duplicē vim feci, præcisā alterā, alterā conditionalem. Illam, quæ nos adeo vrget, & arctat, vt in nobis non sit, agamus ne aliquid, vel non; sicut ventus impellit, defertq; in locum aliquem id, quod suæ potestati inuoluit. Atque ea quidem nullo pacto volun-

18 tas est, quocirca qui vi coactus eiusmodi cum excommunicato homine communicat, non incurrit.

19 *c. sacris. de his quę vi, met. cau.* & qui ita inuitus baptizatur, non tenetur Christianę fidei institutis. *c. maiores. §. item quæritur. de baptis. c. contra Christianos. de hæret. in* 6. Adhæret etc. de his, qui ab hæreticis ordinantur *in cap. constat.* 1. *q.* 1. Et de Sacerdotibus, qui compulsi idolis immolarint, *in c. præsbiteros §. qui autem. distin.* 50.

20 Et

20 Et ea quidem vis constituit violentum, & inuoluntarium simpliciter, quippe violentum definit *Arist. 3. Ethic. c. 2. quod fit ab extrinseco, paßo non conferente vim.* idest, *paßo non concurrente*; quemadmodum (inquit Sanch.) violentus motus ille esset, quo raperetur, & vi traheretur Christianus ad Idoli templum, correptis ad immolandum, thuraq. Idolis adolenda manibus. *d. §. qui autem.* Quam porro Aristotelis definitionem agnouit *Paul. in l. 2. ff. quod met. cau. Vis autem* (inquit) *est maioris rei impetus, qui repelli non potest.*
21 Conditionalem dixi, quæ sub conditione cogit, si quidem hac vi compulsus id, quod vult, nollet, si secluderetur vis. Hinc *Don.* eleganter *comment. par. 3. lib. 1. cap. 27. Dicendũ est* (inquit) *eum, qui vi cogitur, recte dici vtrumque, & nolle, & velle. Non vult sub conditione, si quidem ei liberum sit non consentire, vt si spectemus id, quod simpliciter, & re vera gestum est, vere voluit, quia, licet coactus, voluit tamen.* Hinc effatum illud, quod di-
22 cebam. *Voluntas coacta voluntas est*; nam in cuiuslibet potestate est nolle, etiam si vis afferatur, potest enim vim pati potius, quam consentire, inquit *Donel.* qui itaq; sic consentit, eligit ex duobus malis, quod minimum est, & mauult cõtrahere, quam interfici, aliudve grauius malum pati, *vt ex Arist. sup.* docet *Vves, in paratit. Digest. tit. quod met. cau. in princ.* vbi autem electio est, ibi & voluntas.
Conditionalis itaque violentia sibi aliquam admiscere voluntatem potest ex *Arist. d. cap.* Vnde *D. Tho.*

Thom. 2. 2. *q.* 118. *art. vlt. &* *alibi* docet cum pluribus apud *Couarr. sup.* coactionem timoris non simpliciter inuoluntarium facere, sed habere inuoluntarium mixtum.

Sic compono ego, vtinam satis bene, stare enim hucusque videntur legum, & Canonum antinomiæ.

Redit quæstio ad Iuramentum.

IN 2. quæst. quid resoluendum videatur, iam non ambigitur.

23 Iuramentum diximus seruari oportere, quoad possit absque dispendio æternæ salutis, si scilicet turpitudinem non habeat ex parte iurantis, vtcumque habeat ex actu recipientis, dixi *cap.* 13. *&* 14. & rursus probat in puncto *Sanch. decal. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 20. Præmittimus, nihil turpe acturum iurantem, si iuramentum seruauerit, hoc enim supposito disputamus.

24 Ligabit ergo iuramentum, & quidem certius, si prima conciliatio vera est, hoc est, si valet actus, sed inualidatur effectus.

Idem dico, si stare posterior debet, vt scilicet gesta per metum non irritentur, nisi in quibusdam casibus, nam quibus casibus valent, iusiurandum procul dubio ligat. Sed & in alijs quoque, vt paulo post.

Vnus est casus, quo omnino corruat Iuramentũ metu prẹstitũ si videl. nulla in eo sit volũtas, aut cõsẽsus,

prout

prout in vltima conciliatione, tunc enim dolo, errori, ignorantiæq; quibus omnibus Iuramentum euanescit, comparari metus potest. Licet autem iurisiurandi sacramentum plures habeat effectus, eum tamen non habet, vt supplere consensum valeat. *Tiraq. ad l. si vnquam. in præfat. num. 148. C. de reuoc. donat. Couarr. varia. lib. 2. cap. 14. num. 1. vers. Quinto idem.* Ex quibus, & alijs *Mancin, de iuram. par. 4. eff. 1. q. 12. num* 10. Quocirca ex aduerso, si partem aliquam dederis voluntatis, & consensus, iam certo statuere debes, valere Iuramentum, & relaxatione opus esse, vt latiss. probat *Suar. de relig. tom. 2. de iuram. lib. 2. c. 10. num. 2. & seq.* concurrunt namque omnia ad esse Iuramenti necessaria, vt per eum. Et hic quidem
* valet receptissima omnium * sententia de validitate iurisiurandi, & necessitate relaxationis, de qua testãtur *Alciat. ad d. cap. cum contingat. n. 15. de iureiur. Suar.*
* *d. num. 2. qui de comm.* * *omnium. Sanch. sup. num. 14. qui*
* *de comm.* * *Theologorum. Seraph. de iuram. priuil. 110. nu.*
* *5. vbi de comm.* * *contra aliam comm.* * *de qua etiam Afflict. decis. 263. num. 2. & dec. 322. n. 4. & 6. & Mancin ibid. par. 4. eff. 1. quæst. 12. n. 12. vbi de magis com.*
* * *Canonist. si non legitarum*; cuius magis communis contestes nuncupat *Imo. ad d. cap. cum contingat. num. 3. Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 3. num. 2. Afflict. sup. Rot. decis. 5. num. 2. de renunc. in nouis. Nauarr. ad cap. accepta. oppos. 5. num. 12. in princ. de restit. spol. Cæs. de Grass. decis. 19. num. 29. & seq.* Nec deest planissima

iuris

iuris authoritas. Vide *cap. 2. & 3. de his, quæ vi, met.*
26 *cau. cap. si vero. cap. verum. de iureiur. cap. inter cętera.*
22. q. 4. vbi iuramento ligatur, *qui captus, & timore nec is impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere.*

Non valent igitur ex vtroque iure contraria.

27 Non *tex. in d. cap. cum contingat. d. cap. licet mulieres. cap. quamuis pactum. de pact. in 6.* queis iuramenta quędam seruanda sunt, si nec vi, vel dolo præstita. Vides, & vim dolo comparari, qui consensum delet, & a contrario seruari iusiurandum; non oportere, vbi metus interfuerit.

Responderam cum *Alc.* non aliud ijs canonum decretis definiri, quam, quod seruanda iuramenta illa sunt irrelaxabiliter, si nec dolus adfuit, nec metus; his namque intercedentibus non sũt necessario seruãda, hoc est, peti relaxatio potest, , si non sit talis dolus, vt omnino abroget consensum, nam doli, & metus constituenda proportio est. Licet dicere etiam possis, non esse conferendum cum metu dolum in omnibus. Vide *Sanch. sup. n. 20.* & quæ paulo ante. Idem resp. ad *Frider. in Auth. Sacramenta puberum. C. si adu. vendit.* qua decernitur, Sacramenta puberum sponte facta inuiolabiliter custodiri oportere, per vim autem, vel metum extorta nullius esse momenti. Intelligere enim debes de obligatione homini quæsita, quæ non tam firma est intercedente metu, vt non facile valeat relaxari. Ad quod subtiliter ex-

pende tex. *c. 2. de iureiur.* vbi Gregor. *Peruenit ad nos, Laodicen. Episcopum ab Arnul. Comite rebus suis spoliatum, & iurare compulsum, quod non repeteret sic ablata. Cognita igitur contumelia valde doluimus, asserentes ipsum Episcopũ nullius iuramenti vinculis super hoc poße constringi, quem tamen absoluimus, quia nefandissima coactione iurauit.* Simul itaque Summus Pont. & iuramenti vinculum non esse ait, & absoluit. At cur absoluat a vinculo, quod non est? Vides, Iusiurandum, quod relaxabile ex causa est pro nihilo reputari.

29 Alia quædam opponit, soluitq́; *Suar. sup. num. 9. & seq.* vbi & de iuramento redeundi ad carceres cum vitæ discrimine. De quo etiam *Sanch. sup. num. 25. cum relat.*

Sed rursus quæro.

Quid si metu iuratum fuit super contractu inualido?

30 EXempla cõtractus inualidi alienatio fundi dotalis, renunciatio futuræ successionis, contractus minoris absque solemnibus, & sim.

Est opinio quædam, irritari his casibus iuramentum, cum aperto iure cautum fuerit, contractus istos firmari Sacramento posse, nisi metus intercesserit. *d. c. cum contingat. de iureiur. d. cap. licet. eod. in 6. d. cap. quamuis pactum. de pact.*

Sed perperam, quo enim sensu accipienda hæc iura satis

ſatis dictum; firmari, ſcilicet, iureiurando irrelaxabiliter, niſi metus cauſam præbeat relaxationis.

31 Secundo mouentur, quia non poteſt iuſiurandum ſupplere duo vitia, vt multis probat *Seraph. de iuram. priuil.* 83. *num.* 44. Suppleret autem, ſi & contractum firmare, & ſpontaneam inducere voluntatem videretur.

Nihil eſt, nam ſi dedero, contractum ex ſe inutilem iureiurando confirmari (vide *ſup. c.* 13.) non tamen ſuppleri ex eo valet ſpontanea voluntas; Sed neque opus ſupplemento iſto eſt, ſi enim contractus valeret, non illum metus irritaret *iux. prædicta*.

Hanc tamen ſententiam complurimi Scribentium conſectantur *ad d. cap. quamuis pactum iun. gl. ver. non vi. & Fran. ibid. num.* 5. & 11. & *ad d. cap. cum contingat. vbi Abb. num.* 3. *Alciat. num.* 19. cum alijs pluribus penes *Sanch. d. lib.* 3. *decal. cap.* 11. *num.* 19. ex quibus id quoque cenſuit *Tho. Gramm. deciſ.* 103. *nu.* 70. & probabile dicit *Sanch.*

Sed multo plures contrariam partem ſecuti, quos *ibid. Sanch. num.* 20. plena manu refert, & ſequitur. Ex his *Couarr. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 2. & *de pact. par.* 3. §. 4. *num.* 2. & *variar. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. & 7. *Afflict. deciſ.* 322. *num.* 5. & 6. & 393. *nu.* 10. & 11. *Gutier. de iuram. par.* 1. *cap.* 57. *num.* 19. *Suar. de Relig. d. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 16. vbi pluribus argumentis confirmat, & de comm. * teſtatur

* *ex Couarr.*

33 Constat autem veritas fundamento illo solidissimo, quod posumus *cap. 13. & passim*, seruari iuramentum oportere, quod turpitudinem non contineat ex actu iurantis, nec dispendium ei afferat æternæ salutis. An itaque contractui lex resistat, vel minus, impertinens est. Non adijcio plura, de quibus *Suar. ibid. & alij prox.*

An contractus iuratus corruat ex causa læsionis. Cap. XVII.

1 *ENormissime læsus an absolutione egeat. 3.*
2 *An sit discrimen enormis, & enormissimæ læsionis.*
4 *Non debet quis esse iudex proprij iuramenti.*
5 *Iuramentum omne ligat citra dispendium salutis.*
6 *Et sine consensu irritum.*
7 *An autem deficere videatur consensus ex læsione immodica?*
8 *Et numquid in læsione error, ignorantia, dolus præsumantur. 10.*
9 *Dolus ex proposito, & dolus in re ipsa.*
11 *Præsumptio rei dubiæ est.*
12 *Iuramentum excludit præsumptionem erroris.*
13 *An scienti valorem rei suæ remedium competat rescissionis.*
14 *Sciens, & prudens donare videtur.*
15 *Auxilium rescindendæ veteribus incognitum.*
16 *Læsus vltra dimidiam agit, non intra, & cur.*
17 *Paria sunt scire, vel scire debere.*

18 Præ-

18 *Præsumptæ scientiæ vires.*
19 *Quæ maiores in expreßa.*
20 *Lex generaliter loquens, &c.*
21 *Iura dissipantibus obueniunt, & subueniunt.*
22 *Æquitas nouæ legis non excludit scientem.*
23 *Qui necessitate compulsus vendit, auxilium habet.*
24 *Facilius in modico erratur, quam in maximo.*
25 *Donatio non præsumitur, vbi deceptio præmittitur.*
26 *Remedium nouæ legis quam ob causam repertum.*
27 *Sciens an decipiatur, aut quomodo.*
28 *Deceptio vnde.*
29 *Dolus in re cui læsioni conueniat.*
30 *Et numquid vlli.*
31 *Dolus emptoris qualitate facti, non quantitate precij diiudicandus.*
32 *Dolus in re ipsa exemplis illustratus.*
33 *Explic. l. si superstite. C. de dol.*
34 *Dolus in re exceptionem præbet, non actionem.*
35 *Pro modica summa doli actio non datur.*
36 *Nec restitutio.*
37 *Remedium nouæ legis dolum excludit.*

B 

Ffirmant; Negant. Porro enormissimæ læsionis eam esse vim, potestatemq; vt irritare iusiurandum valeat, adeoq; vt nulla opus relaxatione sit, multis authoribus probant *Arr. Pinel. ad l. 2. C. de rescind. vend. par. 3. cap. 1. num. 8. Mancin. de*

iuram.

* *Iuram. par. 6. q. 4.* & de magis comm. * vterque post alios. De eadem re videndi *Gramm. decis. 66. num. 48. & 49. & decis. 71. num. 21. Capic. decis. 159. num. 25 O-*
* *sasc. decis. 40. n. 1. & 2. qui itidem de magis comm.* *
Tutius tamen fore, si relaxatio petatur, neque ante au-
* diatur læsus quã obtenta illa fuerit, cõmuniter * creditum, teste *Arr. ibid.* quod ipsum cum alijs admittit *Mancin. in fin.* & longo vsu seruatum retulit *Afflict. decis. 322. nu. 11.* Immo receptam sententiam, vt enormiter læsus contrauenire iuriiurando possit, eo modo accipiendam esse, vt tamen absolutio præire debeat, scribit cum alijs *Menoch. cons. 24. num. 24. lib. 1.* addens prope innumeros id ipsum tradidisse.
* En communis * opinio vtrimque. Et quam varij in hac re fuerint scriben. videre est penes *Fachin. controu. lib. 2. cap. 17.* vbi quod decisum pro relaxatione in *Rota apud Cassad. decis. 1. num. 2. tit. de empt. & vendit.* Quod etiam cum relatis supposuere *Couarr.* (qui latiss.) *ad c. quamuis pactum. par. 3. §. 4. num. 3. de pact. Suar. de Relig. tom. 2. de iuram. lib. 2. cap. 41. n. 7. Sanch.*
2 *decal. lib. 3. cap. 21. num. 18.* licet plerumque cum discrimine læsionis enormis, vel enormissimæ, quod non placuit *Arrio d. num. 9.* quasi ex Commentatorum capite, & sine lege, cum possit ea lęsio dici enormissima, quę dimidiam excedit, vt suadetur *ex l. domum. ff. de contrah. empt.* Docet vero *Arr. ibid. num. 7.* enormem frequentius æstimari, quæ paruo supra dimidiam sit, enormissimam, quæ multo dimidiã exce-

ce-

cedat, de qua re adden. *Couarr. d. §. 4. num. 4. post Casſad. & Sanch. d. cap. 21. num. 18.* Sed cum magni nominis Authores totum hoc reputauerint Iudicis arbitrio remittendum, referen. *Sanch. ibid.* cumq; id
* communius * receptum fuiſſe teſtetur *Menoch. de arbitr. casu 73. & seq. & Mynsing. sing. obs. 60. num. 3:* conſulendo proponebam, non conſtare quo pacto is, qui læſum ſe dolet, ſe ipſum ſtatuere quaſi Iudicem poſſit, & læſionis ſuæ cauſam a ſe ipſo valeat arbi-
3 trari. Hinc abſolutionis neceſſitatem inferebam. Quod ſi duriora omnia aduerſus iuramentum offerrentur pro enormiſſima læſione, occurrebam tamen conſultiſſime deciſum per *Rotam*, nec ſemel referen. *Mareſc. varia. lib. 2. cap. 84. num. 16. & Cou. deciſ. 268. num. 4.* neceſſariam ſemper eſſe abſolutionem, niſi conſtet de enormiſſima læſione per ſententiam ante latam, aduerſus quam non fuerit de periurio oppoſitum. Secus (inquit) facile eluderetur iuramentum ſub prætextu læſionis enormiſſimæ, nec (ſubdit) debet quis Iudex eſſe proprij Iuramenti, quo ſæpe nititur Rot. vt per eund. *Mareſc. d. cap. 84. nu. 2.* Eodem modo accipiebã, quod ex magis comm. * definit *Rota diuerſ. deciſ. 102. nu. 9. par. 1.* abſolutionem a Iuramento neceſſariam eſſe ad detectionem enormiſſimæ læſionis, ſecus ſi fuerit iam detecta.

Igitur, vel tota praxis pro relaxatione eſt, vel in turbida praxi Iuramenti poſſidet ratio. Ecquis, obſecro, negauerit, abſolutionem neceſſariam eſſe, ſi dubi-

tari

cari interdum potuit, num enormiter læsus absolui contra iusiurandum possit? Vide *Fachin. cum relat. controu. lib. 2. cap. 17 in princ. & passim.*

Disputatum de veritate.

VIde supra per *Alciat. ad cap. cum contingat. n. 215. de iureiur. Couarr. docte, ac plene d.c. quamuis. p. 3. §. 4. n. 3. Fach. d. c. 17.*

5 Rem ego aliter expedio. Et in primis fundamentum statuo veritatis, quod iactum *sup. cap. 13.* ligare Iuramentum, quod seruari possit absque dispendio æternę salutis, quod (inquam) turpitudinem nullam habeat ex actu iurantis, licet habeat ex actu eius, cui iuratum est. Denique omne iuramentum, quantumuis iniuriose extortum, seruandum tamen esse, vt probaui, & generatim definiunt *Suar. d. lib. 2. cap. 9. n. 3.*

* *& Sanch. d. cap. 21. num. 3.* ex omnium * sententia. Suppono, iuramentum meæ quæstionis nil continere

6 illicitum ex parte iurantis, sed aliquid ex parte eius, cui iuratum. Seruandum igitur, si fuerit consensus in iurante, alioqui contemnendum quasi irritum, vt de dolo diximus, qui causam contractui præbuisset, & de metu, qui ex integro consensum aboleret *sup. c. 15. & 16.*

9 Deficere consensum putant aduersarij, vbi læsio da-

8 tur immodica, quia pręsumendus error, & ignorantia est; *all. gl. ad l. quisquis. C. de rescind. vendit.* Immo

dolus.

dolus. *l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credit. l. si superstite. in fi. C. de dolo.*

9 Sed & duo hæc in iure comparantur, dolus ex proposito, & dolus in re ipsa. *l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. h. u. Idemq. est, & si nullus dolus intercessit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habeat. d. l. si supersti-*
10 *te.* eadem quippe ratio immodicæ læsionis videtur, & calumniæ. Sed læsio enormis dolum præfert in re
* ipsa ex communi omnium, * teste *Fachin. d. lib. 2. c. 26.* ergo, &c.

Soluitur arg. præsumpti erroris cum vulgari quæst.

An scienti remedium competat rescissionis.

SI error præsumitur, vel ignorantia, recte inferes, absolui iurantem oportere, vt agere, & probare possit de iure suo, nam, si præsumptio est, ergo nisi
11 rei dubiæ esse non potest, & probandi facultas suppetit in contrarium. Vide quæ ego *Sac. iu. contr. dissert. 4. cap. 3. & in arg. quæ Couarr. de pact. par. 3. §. 4. nu. 7. concl. 11.* Tunc autem opus absolutione non est, cum planus error est, & iam detectus, ita, vt disputandum de eo non sit. *Maresc. varia. lib. 2. c. 84. num. 2. sic enim* decisum.
12 Adde communem responsionem, quæ præsumi errorem negat, vel ignorantiam, cum immo præsuma-

tur, qui iurauit, cõsulto, consideratéq; omnia fecisse. arg. cap. ex rescripto. cum not. de iureiur. Alex. cons. 42. n. 17. lib. 1. Fachin. sup. cum relatis.

At quorsum hęc? inquies, Constat enim, non esse opus absolutione, si sciens quis lædatur, cum nec remediũ habeat iuris, nam crediderunt pene omnes, remediũ non suppetere rescissionis ei, qui valorem certo scierit rei suæ, vt not. Canon. post Abb. ad c. cum causam de empt. & vendit. & alij post Bart. ad l. 2. n. 14. C. de rescind. vendit. vbi Bal. num. 21. Castren. n. 7. Pantal. Crem. late num. 86. cum alleg. Fabia. de Monte tract. de empt. & vendit. 8. quest. princ. num. 19. & 20. Receptissimum * probant Tiraq. de retra. lign. gl. 18. §. 1. nu. 4. Bero. ad cap. cum dilecti. de empt. & vendit. nu. 23. Couarr. lib. 2. varia. cap. 4. num. 2. Arr. ad d. l. 2. par. 1. num. 10. Fach. Contr. d. lib. 2. c. 20. vers. quinto controuertitur. Fab. de error. pragmat. p. 1. dec. 7. err. 8. num. 8.

14 Eo autem argum. quia sciens, & prudens donare videtur. l. cuius per errorem. ff. de reg. iu.

Accedit, quia scienti, & consentienti iniuria non fit, aut dolus. cap. scienti. de reg. iu. in 6. l. nemo videtur. ff. de reg. iu. l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur. l. venditor. C. de rescind. vend. Addunt d. l. domum. ff. de contrah. empt. Sed ipsi viderint, quid ea lege probetur, maxi-

15 me, cum auxilium, de quo agimus, nouæ legis sit, & veteribus iurisconsultis ignotum.

Sed neque argumentum donationis, neque scribentiũ

turba

turba cohibere *Arrium* potuere, ne a receptissima ista opinione recederet, æstimaretq; simul, vnicuiq; competere remedium nouæ legis, licet scienti valorem suæ rei; quod ipsum *Alberico* placuisse, nec reiecisse *Speculatorem* notat, & secuti sūt *adden. ad Arr.* licet credant, eius fundamenta non esse valde solida; nominatim vero laudauit *Ant. Fab. d. err.* 8. & *decad. 8. err. 7. n. 4.*

Arguerat Pinel. a destructione fundamenti contrariæ
16 classis. Dicunt, citra dimidiam læsum agere non posse, quia præsumitur bene nosse valorem suæ rei. *d. l. quisquis.* At læsum vltra dimidiam bene agere, quia ignorasse creditur, & errasse. Retorquet Pinel.
17 ex *ead. l. quisquis.* ibi. *scire debuerat.* Paria sunt scire, & scire debere. *l. quod te. ff. si cert. pet.* Si igitur in *l. quisquis.* propterea læsus excluditur, quia scire debuit, semper vtique excludendus est, non modo si citra, verum etiam, si vltra, quia par ratio viget vtrobique, *scire debuisse*; & tamen non excluditur. Sed vltra dimidiam læsus remedium habet *d. l. 2.* ergo scientia læsionis non præiudicat.

Respondent Adden. cum discrimine scientiæ præsumptæ, de qua argumentum loquitur, & expressæ,
18 de qua disputamus. Nam, licet præsumpta excludat remedium quodlibet ex ignorantia competens, minimeq; subinde retractationem præpediat, quæ ignorantiæ nomine obtendi possit, non eius tamen valo-
19 ris est, vt remedia interuertat, quæ indulta a lege.

Expreſſa autem expreſſis, ac iuſtis probationibus cō- monſtrata, & donationis ſpeciem retinet, & huma- nitatem illam, quæ tuæ alioquin fragilitati ſuccurre- bat, in contrarium vertit, ne aſtutę, vafræq; inconſtā- tiæ ſuppeditare opem videatur.

* Sed non ſatis occurſum. Nam ex communi * ſen- tentia citra dimidiam læſus agere non poteſt, quia ſcire præſumitur; vltra dimidiam vero læſus recte a- git, quia præſumitur ignoraſſe. Ergo ex communi ipſa ſententia non competeret remedium læſo vltra dimidiam, ſi ſcire pręſumeretur, ſicut læſo non com- petit intra dimidiam, quia ſcire pręſumitur. Stat ergo fixum, præſumptæ ſcientiæ remedium non dari. Tunc ſic. Rei ſuę valorem vnuſquiſque pręſumi- tur ſcire, & quidem ſemper, & indiſtincte. *d. l. quiſ- quis*. ergo nullibi remedium competit; vt ergo com- petat, fatendum, ſcientibus quoque remedium dari. Enimuero, ſi vera eſſet communis ſententia (ait *Pi- nel.*) ſępius inutile redderetur, eludereturq; remedium nouę legis, prolatis, probatiſq; coniecturis vrgenti- bus, quę probari queunt ad colligendam ſcientiam valoris in emptore, & venditore.

Argumento etiam vtebatur *Pinel.* generalis legis, quæ generaliter cum loquatur, generaliter quoque intel- 20 ligenda eſt. *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt.* At ſic loquuntur Canones, legeſq; de hoc iuris remedio de- cernentes, vt non plus ignorans contineri videatur, quam ſciens. Vide tex. *in d. cap. cum dilecti. & c. cum*

causam. de empt. & vend. in d. l. 2. l. si voluntate. C. de
21 *rescin. vendit.* Accedunt exempla legum, quæ dis-
22 sipantibus passim occurrunt, & summa æquitas, quæ in eo quoque militat, qui valorem bene nouerit rei suæ, & forte distraxerit necessitate vrgente, &c. Occurrunt Adden. nec satis. Dicunt generalitatem illam non officere speciei particulari, quæ ratione nitatur.

Sed quæ tanta ratio, si id est, de quo controuertitur? Auxilio, quod dissipantibus lex præbet, respōdent, iustum videri auxiliū, quod insanis, luxuriosisque, & bona sua prodigentibus indulgetur, non quod cordatis hominibus, & quid agant recte intelligentibus. Sed confunditur responsio *ex prox. seq.*

Argumento æquitatis negant, satis suasum videri, vt decepto, qui precium optime calleret, æque opitulemur, atque ei, qui illud ignoraret, licet non iustam haberet ignorantiæ causam.

23 Sed male, non enim satis aduertunt, quid dicendū de eo sit, qui necessitate compulsus vendit, & qui dignior miseratione est, quam qui ignoranter egit, cū iustam ignorantię causam non haberet. Vide *Fab. d. dec. 8. art. 7. n. 4.* & quę paulo post.

Equidem agere non possum, ne *Pinelo* assentiar, quia nihil solidum communis sententia habet. Eo quippe fundamento in primis nititur, vt citra dimidiam læsus valorem sciret rei suę, vltra dimidiam damnum passus ignoraret. Sed commentitium totum est, vel con-

24 contrarium verius. Nam præsumptio scientiæ plus viget (inquit Arr.) quando enormis læsio est, quam si leuior appareret, cum satis experientia compertum sit, facilius errari in modico excessu, quam in maximo. Sequitur *Fachin. sup.*

Non obstat argum. donationis; immo enim donatio non præsumitur, quia præmittitur deceptio. Quod vt bene intelligas, scito, remedium nouæ legis ob
26 eos contractus fuisse inuentum, in quibus licet contrahentibus se inuicem decipere. Dixi *sac. iu. contr. dissert. 6. cap. 2. nu. 8. & passim*. Ergo auxilium nouæ legis est opitulatio deceptionis, quæ tunc nimia, cum exceditur in dimidio.

Neque obstat, scientem non decipi. Nam generaliter verum est, sed in proposita causa præsumit lex, venditorem, quantumlibet scientem, machinationibus, calliditatibusq; adigi ab emptore, vt viliori precio rem tradat his autem machinationibus, & simplicitati venditoris succurrit ex miseratione lex. Quanto magis cum venditor necessitate cogente distrahit? An tunc donatio præsumenda quasi ab inuoluntario sit?

Nec valet, scienti, & volenti non fieri iniuriam, dolũve. Nam resp. *Fach.* stare quod dicitur in actionibus iniuriarum, & doli, quæ cessant hoc casu, sed non perinde deficere remedium æquitatis, quod noua lege indultum est. Melius dixerit remedium miserationis.

Dixe-

Dixerim ego, ſcire venditorem, ſed pro nolente haberi, cum, vel neceſſitate compulſus, vel machinationibus interceptus prẹſumatur, ſuaq́; captus ſimplitate, vt *ſup.*

Sunt, qui diſtinguant inter eum, qui ſcienter vendit, ſed neceſſitate coactus, eumq́; qui ſciens vendit nulla vrgente neceſſitate, vt ille nouẹ legis ſuffragium habeat, hic minime.

Sed recedunt a vero legis fundamento, quæ deceptioni
28 auxilium præbet. Hæc autem deceptio plus machinationi tribuitur emptoris, quã neceſſitati venditoris. Vide *l. ſi voluntate. C. de reſcind. vendit.* An ergo, ſi neceſſitas deſit a parte venditoris, machinationē excludimus a parte emptoris? An neſcimus, plus valere interdum, quod ſimplicitate credimus, quam quod neceſſitate patimur? quippe, licet maior ætate ſit is, qui decipitur, deceptionem tamen lex in eo præſumit ex enormi læſione, cum non minoris decepti, ſed maioris remedium hoc ſit. Solam ne itaq́; neceſſitatis cauſam reſpicimus, cum innumerabiles cauſæ ſint propemodum, ob quas vendat quis rem ſuam exiguo precio, licet nulla impulſus neceſſitate? An repentinos animorum motus omnino ſecludimus? Quanto melius *Pin. & Fach.* qui neceſſitati alias quoque cauſas adiunxere? Et vide tex. *in d. l. ſi voluntate. in princ.*

Igitur *Pineli* ſententiam lubens amplector, quam ſibi plus placuiſſe profeſſus eſt prudens *Couarr. ſup.*

Cum

Cum itaque vera sint prædicta, quis iam dubitauerit, læso, sed scienti valorem suæ rei succurrendum videri per absolutionem quasi simplicitate ducto, aut necessitate, non quasi errore, vel ignorantia?

Soluitur arg. præsumpti doli, seu doli in re.

Dolus etiam, quia de circumstantijs est in specie hac, nec contractui causam præbet, aut considerationem perimit obiecti, denique, quia præsumptus est (Vide *Couarr. de pact. d. par. 3. § 4. nu. 7. concl. 11.*) aut quia præsumi non debet ex antedictis cum credatur iurans consulto, & deliberate omnia facere, propterea irritare actum non potest, sed ad summum relaxationis subsidium habet.

Nec resistit oppositus dolus in re ipsa, nam de hac re *Fab. de error. pragmat. dec. 1. toto error. 7. par. 1.* late, subtiliter, & eleganter.

29 * Et primum in eo consentire Scribentes * profitetur, vt enormis læsio, quæ scilicet vltra dimidiam precij iusti est, nil cum dolo commune habeat, sed sola enormissima, quæ bessem excedit. Læsionum partitiones, ac species videbis inter Practicos apud *Seraph. de iuram. priuil. 83. num. 86.*

Exinde pluribus aduersus communem docet, læsio-
30 nem, quantumuis immodicam, enormem ve, aut enormissimam nil commune habere cum causa doli;

li; aliis quippe remedijs dolum, alijs læsionem vindicari.

Ex præcipuis ostensionibus est insigne effatum Dio-
31 cl. & Maxim. *dolum emptoris qualitate facti, non quantitate precij æstimari*.

Et hanc iuris positionem, quæ totidem verbis exprimitur in *l. dolus, C. de rescind. vendit.* retinendam *Faber* ait, donec lex inueniatur, quæ enormis, enormissimæq; læsionis causam distinguat. Adde, quæ *sup. num. 2.*

Neque enim distinctionem probat *Vlp. in d. l. si quis*
32 *cum aliter*, cum (ait Fab.) non ad hunc casum referenda iurisconsulti definitio sit, quo enormissima læsio intercesserit, sed ad alios, queis accidere potuerit, aut possit, vt res ipsa dolum in se habere videatur; vtp. si stipulatio facta sine causa fuerit, exq. ea stipulatione deinceps agatur. *l. 2. §. circa. ff. de do. ma. excep.* Seu de ea re facta stipulatio fuerit, cuius status iam tunc, cum interposita stipulatio est, mutatus sit, ignorante tam stipulatore, quam promissore, & alijs eiusdem generis, quibus euenit, vt quamuis stipulator nihil initio per dolum fecerit, repelli tamen debeat doli exceptione, si quidem hoc ipso dolo facit, quod nunc petit. *d. l. si quis cum aliter*, ad quam *Duaren.* ante *Fab.*

33 Ad *l. si superstite*. Solutio patet ex eod. *Fab. nu. 22.* Non enim de dolo loquitur in re ipsa, qui scilicet ex immodica læsione resultet, sed de dolo ex proposi-

 to,

to, quem pater admiserat, adducta filia, vt eum liberaret, quod bifariam ostendit. Primo, quia agunt Impp. de actione doli, cui in factum actio substitui-
34 tur ob paternam verecundiam. Atqui, vbi in re ipsa dolus est, non in persona, ibi non doli actio competit, sed exceptio, quippe dolus in re ipsa exceptionem præbet, non actionem, vt multis probat. Deinceps, quia *in d. l. si superstite*. non de immodica læsione tractatur, quę commissa in venditione fuerit, seu in alio contractu, in quo permitti soleret contrahentibus, vt se inuicem circumscriberent; sed in ea specie, quæ nullum deceptioni locum dare posset, præterquam ex causa doli. Agitur enim de reddendis rationibus accepti, expensiq; quę cum fuerint a Patre, eodemq; tutore confectæ, solus ille nouit, aut nosse potuit, quid impuberi filiæ reddendum ex reliquis foret; Palam itaque in dolo fuit, cum liberationem extorqueret.

Alij dolum arguunt parentis ex illis verbis. *Bona fide transegisti*. Sane enim docent, filiam dolosi patris fidem secutam transegisse, cum etiam nō minimum de hac re suspicionis prębeat paterna authoritas.

Ne autem obijceres, in ea lege rationem haberi potissimum immodicæ læsionis, propterea occurritur, non pertinere istud ad remedium nouæ legis, sed ob eam causam fuisse de immodica læsione adiectum, quia, si modica esset, haud facile Prætor actionem
35 daret in factum vice actionis de dolo, vti neque

actio-

actionem de dolo daret pro modica quantitate ! 36 *l. si quis affirmauerit. §. vlt. cum ll. seqq. ff. de dolo*; id enim generale esse omnibus restitutionibus, vt non facile, & ex minima causa, vel pro minimis rebus concedantur. *l. scio. ff. de in integ. rest.*

Nec valeret, si diceres, locupletari cum aliena iactura eum, qui immodice alterum decepisset. At hoc ipsum videri ex dolo, vt cum aliena quis iactura locuples fiat. *l. 1. §. an in pupillum. ff. depos. l. si quis mancipijs. §. vlt. ff. de inst. act.*

37 Nam hæc ratio videretur impertinens, quippe, vbi nouę legis remedium datur, ibi omnis secluditur machinatio doli, Vt igitur cum alterius iactura locupletior fiat quis, effectus est deceptionis. iux. *d. l. si voluntate. C. de rescind. vend.* non doli.

De iureiurando cum simulatione. Cap. XVIII.

1 *Contractus simulatus nullus est, & cur.*
2 *Et ideo licet iureiurando firmatus non tenet.*
3 *Quid autem si assertorium iuramentum fuerit.*
4 *Allegans turpitudinem suam non auditur.*
5 *An relaxatio peti possit iuratæ assertionis citra periurium.*
6 *Pars an remittere parti iuramentum possit.*
7 *Seu exceptionem periurij.*
8 *Iuramentum absque consensu irritum.*
9 *An obliget iusiurandum, si ex parte solius iurantis simuletur.* 11.

10 *Anima verborum interior voluntas.*
12 *Iuramentum tenet ex animo recipientis.*
23 *Cuius peccati reus, qui iuramentum simulat; remiss.*


Ontractum simulatum ipso iure nullum esse. *l. emptor, ff. de acqua plu. ar-*
1 *cen. l. nuda. ff. de contrah. empt.* quia fundamento deficit consensus, ob idque quasi corpus est sine anima, vel spiritu, & quasi depicta, colorataq; res, aut quasi superficiẽ
* habens absque medulla, passim scribunt nostri * penes *Seraph. de iuram. priuil.* 59. *num.* 8. *Mancin. de eod. par.* 4. *eff.* 1. *quæst.* 11. *Carol. de Graß. except.* 12. *num.* 6.

2 Quod si verum est, vt verissimum, indubitatumque liquet simul, nullum esse iuramentum super eo contractu præstitum (quod in superioribus firmatum satis) nec perinde opus relaxatione esse. Vide relatos per eund. *Carol. sup. num.* 3. *& cum alijs Marches. de commiß. relax. ad eff. agen. par.* 3. §. 2. *n.* 59. 60.

Sed cum omnino valeat hæc resolutio in iuramento
* promissiuo, prout de comm. * testantur *Ias. ad l. nemo potest. num.* 44. *&* 45. *ff. de leg.* 1. *Alciat. ad cap. cum contingat. num.* 188. *de iureiur. Rol. conf.* 47. *nu.* 16. *&* 31. *lib.* 4. *Carol. post hos, & alios complures sup. n.* 39.
3 dubia tamen in assertiuo est, si scilicet iuratum fuerit *omnia, & singula in instrumento contenta vera fuiße, & esse, &c.* Tunc enim contrahẽtes non posse de simulatio-

latione excipere, communius * creditum. *Socc. cons. 82. num. 2. lib. 3. cons. 136. num. 11. lib. 1. Alc. sup. num. 180. vbi de quæst. latius. Rolan. cons. 93. nu. 22. lib. 1. cons. 46. num. 16. cons. 47. num. 31. lib. 4. Simonc. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 171. vers. declaratur. Rimi nal. iun. cons 62. nu. 1. 2. & 3.* Alios itidem de cōm.
* * testantes referunt *Seraph. d. priuil. 59. nu. 1. Manc. sup. num. 5. Carol. sup. num. 36.* Nec semel decisum pro eadem, prout ipsi, & alij referunt ex *Afflic. decis. 60. num. 1. Grammat. decis. 45. num. 1. & 2. decis. 89. in princ. decis. 103. num. 4. Osas. decis. 41. num. 6. Rot. Auenion. decis. 67. num. 2. Caualc. decis. 9. n. 27. Marel. decis. 30. n. 7. & passim.*

Argum. Quia non possum obijcere simulationem,
4 quin statim venire contra iusiurandum videar, turpitudinemq; meam allegare; Audiendus itaque non sum iux. *cap. inter dilectos. §. attendentes. cum gl. ver. turpitudinem. ext. de donat. l. si Creditoribus. C. de ser. pig. da. manum. l. cum profi earis. C. de reuoc. donat. l. transactione finita. C. de trāsa. ct. l. si seruus pluriū. ff. de leg. 1. cum simil.* Tradunt cum relatis *Alcia. sup. d. n. 80. Seraph. sup. d. n. 2. &c.*

5 Nec mirum, cum nec relaxatio quidem peti possit assertiui iuramenti citra periurium, quicquid contra supposuisse videatur *Rot. in nouit. nouiss. decis. 317. n. 8. cum relatis.* Vide *Gramm. d. decis. 45. nu. 2. decis. 79. n. 1. Mancin. d. q. 11. vbi de varietate scribentium. Seraph. d. n. 2. & quæ ego sup. c. 4.*

Qui

Qui contrarium verius credunt, solidam habeant responsionem.

6 Dicunt, nec male, partem posse remittere iuramentum parti. *cap. 1. de iureiur. cap. 2. cum not. de sponsal. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 2. vbi Caiet.* adeoq; posse e-
7 tiam remittere exceptionem periurij. *arg. cap. translato. de constit.* De vtroque *Alciat. d. num. 180. Mancin. cum relat. d. par. 6. q. 7. num. 4. Sanch. decal. lib. 3. cap. 20. num. 4. & de Matrim. lib. 1. disput. 52. num. 4. & 5. Suar. de relig. tom. 2. de iuram. lib. 2. cap. 39. nu. 1.*
* vbi *de certa, & comm.* * *& vterque de quæst. latiss.* quicquid de remissione periurij contradicat magis
* communis * sententia, vt *per eund. Mancin. d. num. 4.* quis namque prohibere me valeat, ne remittam, si in me est periurium opponere, vel dissimulare? nũc enim de eo agitur, quod interest partis, non quod acquiritur Deo. Potest autem remissio & expresse fieri, & tacite, vt ex *Rom.* credit ibid. *Alciat.* At si duo conuenire se de re aliqua simulant, ex quo simulant, non est intentio creditoris, vt maneat debitor ex eo contractu obligatus, quomodocumque iurauerit, sed & obligationem remittit, & cum iuramento periurium. Nec obstaret ratio turpitudinis, quam pluribus conciliat *Alciat. ibid.*

Optimam responsionem non posse consistere, argumento hoc probare nititur *Seraph. d. priuil. 59. num. 11.* Continet (inquit) petitionem principij, nam si allegauerit iurans fuisse tacite remissum periurium, id

statim

statim negabitur per aduersarium, qui instrumento nitetur, standumq; instrumento dicet, donec de simulatione constiterit.

Solutio in aperto est, nam qui iurauit, qui (inquam) simulationem nunc allegat, eo ipso, quo simulatam fuisse conuentionem excipit, dicit, nullum fuisse contractum, nullum iuramentum, adeoq; nec laxa-
8 tione opus esse, quasi omnino deficiente voluntate seu contrahendi, seu iurandi, vel, si aliquod fuerit iuramentum, illud certe remissum fuisse vi ipsa simulationis. Admitti itaque ad probandam simulationem debet, qua non probata, habendus vtique erit quasi periurus, si cõtrauenerit, probata autem simulatione, nullum erit iuramentum, quasi deficiens consensu, licet assertiuum.

Idq; adeo verum, vt nec iuramentum quidem liget,
9 si simulatio intercesserit a parte solius iurantis, qui scilicet, aliud in corde gesserit, aliud in ore. Intellige, si nec voluntatem quidem iurandi habuit, adeoque iusiurãdum ipsum mendax fuit simulatumq; & dolosum. Nam si iurandi voluntatem vere habuit, non etiam obligandi se, adeoq; obligationẽ solummodo effinxit, non iuramentum, tenetur iuramento *Sot. de iustit. & iu. lib. 8 quæst. 1. col. 22. vers. quartum argum. de doloso, &c. Suar. sup. cap. 7 num 2. & 11.* dicens, apud omnes * constare quod proponimus, videl. nil valere iusiurandum, quod ab intentione iurantis non procedit.

Nam

Nam reuera, si mens deficiat iurantis, si (inquam) iurare noluerit, iuramentum non est, ergo neque inducere obligationem aliquam potest, quia non entis
10 nulla actio. Verborum autem nulla vis est, nam sumere eam debent a consensu, & voluntate interiori,
11 cuius sunt signa. Hæc *Suar.* qui accipienda hęc docet de obligatione ex se, & ex vi iuramenti, nam ob ea, quæ extrinsecus obueniunt, posse ex iureiurando verbis, non voluntate pręstito obligationem nasci, si scilicet damnum incurrere aliquod is possit, cui iuratum est, tunc enim, si minus ex iurisiurandi causa, quod nullum profectò est, saltem ex iniqua deceptione, quatenus causa damni est, præstandum omnimodo esse, quod iurato promissum fuerit.
Idq; est, quod docuit in puncto *Alciat. sup. nu. 194. & 195.* in potestate eius esse, qui non simulat, velitne actum valere, vel non. *l. Julianus. §. si quis colluden-*
12 *te. ff. de act. emp. l. & eleganter. in princ. ff. de dolo.* Stare enim iusiurandum ex mente recipientis. *cap. quacumque arte. 22. q. 5. & §. his omnibus.* Vnde & versus ex *Gl. ad Auth. Iusiurand. quod præst. ab his, &c. ver. quatuor.*

Fallit iurantem iuratio facta per artem.

Vide de hac re latius *eund. Alciat. cum relat. Sot. & Suar. sup. qui per multa capita. Sanch. d. lib. 3. a c. 6. Comitul. respons. moral. lib. 2. q. 3.*

13 Et

13 Et cuius nam peccati reus sit, qui iurando simulat, vide *eund. Suar. sup. lib. 2. cap. 17. num. 2. & seq. & alios relatos.*

Qui petere relaxationem possit, & num is qui pluribus iuramentis se ligauit. Cap. XIX.

1 *PLuribus iuramentis ligatus, an laxationem consequi possit.*
2 *Tot debent esse absolutiones, quot iuramenta.*
3 *Assertorium quando relaxetur.*
4 *Quando etiam contrauenire liceat cum allegatione propriæ turpitudinis.*
5 *De iuramento non petendæ relaxationis.*
6 *Item non contraueniendi.*



EX relaxationum causis, quas recollegimus *c. 14. & seq.* dirimere quæstionē est. Duplex manet difficultas. Altera de eo, qui se pluribus adstrinxit Sacramentis. Altera de periuro.

Prioris exemplum, si iurauerit Titius, omnia & singula in instrumento narrata, & promissa vera fuisse, & esse, & contra ea non venturum se quauis de causa cum, promissione etiam non petendæ absolutionis, ea ve petita, obtentaq; minime vtendi &c.

1 Responsumq; est, non competere absolutionem, vt post vetustiores prope innumeros concludunt *Bauer. de virt. iuram. num. 116. eff. 64. Gramm. decis. 45. num. 2. Afflict. cum Adden. decis. 60. num. 1. & 2. vbi quod decisum Rolan. cons. 47. num. 3. & seq. lib. 4. vbi de magis comm.* * *referen. Manc. de iuram. par. 6. q. 3.* addita ratione, quia non potest qui iurauit absolutionem petere a iuramento, quin faciat esse falsum, quod iurauit semel esse verum. Sic itaque, & turpitudinem suam male allegat, & se periurum facit, periuro autem absolutio negatur, vt *inf.*

Sed compellor in aduersum ire. Nam si id agit plurium iuramentorum coniunctio ad *tradita per Rol. d. cons. 47. in fi. ex not. ad l. Balista. ff. ad Trebell. l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib.* 11. haud hercle stari huic sententiæ potest, cum relaxationis iustitia tota sit in illius turpitudine, qui iuramentum recepit, hæc autem deficere non possit ex supposito, si vel mille adsint iuramenta.

2 Eoque maxime, quia tot debent esse absolutiones, quot iuramenta, etiam cum plura simul sunt, narrari enim singula debent in supplicatione absolutionis, & quidem distincte. *Rol. cons. 34. n. 5. & c. lib. 1. Affl. decis. 220. n. 12. Manc. sup. d. par. 6. q. 5. Gramm. decis. 66. n. 12.* Et decisum testatur *coram Blanquet. Maresc. lib. 2. varia. c. 84. n. 4.* Et coram alijs *Marches. de commiss. relax. iuram. & c. par. 3. §. 1. nu. 122. & seqq. decis. vlt. coram Mant. Cantuc. Melli. Ortemb.* Et in-

pun-

puncto *Rot. in recent. decis. 1. num. 2. par. 1.*
Sin disiungere sacramenta velis, & per se singula animaduertere, non vtique primum illud obstabit, quo iuratur, singula instrumento comprehensa vera fuisse, & esse. Quamuis enim assertorium sit iuramentum istiusmodi, adeoq; absolutionis auxilium habere non videatur, quando præstatur ex se, non idem tamen dici de eo potest, si promissiuo accedat, *vt sup. c. 4. & passim.* Nam, si secus dixeris, erit iuramentũ quodlibet promissiuum perpetuo irrelaxabile, cum dari nequeat sine assertiuo, vt *ibi.* Et in hoc iureiurando relaxandi facultatem manifeste supponit Rota *in nouit. nouiss. decis. 311. num. 8. cum relatis.*

3

4 Sic ratio non allegandæ turpitudinis improficua est, nam cuilibet relaxationi perpetuo obsisteret, cũ deesse nusquam possit assertiua iuratio. Addes ex *Alcia. d. cap. cum contingat. de iureiur. num. 183.* contrauenire semper licere cum allegatione propriȩ turpitudinis, vbi actus contra ius geritur, qualem præmittimus in tota hac disputatione, videl. iniuriosũ, iniquum, & cum illius turpitudine, qui iuramentum exegit.

5 Neque obstabit alterum non petendæ relaxationis, quia non tantum relaxatione tolli potest, *Maresc. post Bal. & Fely. d. cap. 84. num. 12.* sed dubitatur (quod magis est) valere ne possit, quasi bonis moribus contrarium, vti ex *Couarr. & Azor.* monet *Sanch. decal. lib. 3. cap. 2. num. 4.* Sed quibus casibus non va-

lcat, vide *Rot. in recent. decis. 375. num. 12. & 13. par. 2.*

6 De vltimo non contraueniendi non ambigitur. Tu caue, ne in praxi recedas a communibus placitis, quę laudabilius religionem tuentur iurisiurandi, & vide omnino *Maresc. sup. a n. 4.*

De periuro non absoluendo. Cap. XX.

1 P*eriurus quis.*
2 *Frustra legis auxilium inuocat, qui cōmittit in legem,*
3 *Causa relaxationis, an duret in periuro.*
4 *Legis clementiæ est subuenire emendatis.*
5 *Explic. c. quia frustra. de vsur.*
6 *Periurus quomodo absoluatur a iuramento.*
7 *Iuramentum nullum an necessario relaxandum.*



Væstio de periuro est, qui scilicet non præuia relaxatione contrauenerit. Húc
1 non esse absoluendum, sed soluere cogendum, inualuit. *Abb. ad cap. 1. n. 10. vers. & subijcit. de iureiur. Roman. cons. 326. num. 1. Dec. ad cap. intelleximus. num. 17. de iudic. Carol. de Grass. except. 12. num. 41. Rota in recent. decis. 5. nu. 2.*
2 *par. 2.* Et receptum * testantur *Alex. cons. 17. nu. 4. vol. 5. & cōs. 83. n. 7. vol. 1. Paris. cons. 43. nu. 16. vol. 2. Rolan. cons. 34. num. 2. lib. 1. & cons. 26. num. 30. & seq. lib. 3. Menoch. cons. 24. num. 17. lib. 1. Mancin. de*

iuram. par. 6. quaest. 6. nu. 2. & seq. Seraph. de iuram. priuil. vlt. num. 9. Caualca. decis. 9. par. 1. Gratia. cum rel. discept. foren. par. 3. cap. 176. num. 18. Suar. de relig. tom. 2. de iuram. lib. 2. cap. 41. num. 20. Marches. de commiss. relax. iuram. &c. par. 3. §. 1. nu. 109. vbi pro hac sententia decisum refert *coram Mant. num. 1. & Ortemb. num. 3. Maresc. varia. lib. 2. c. 84. n. 17.*

Fundamen. sententiæ vnicum, teste *ibid. Suar. num. 21.*
2 videl. propositio *cap. quia frustra. de vsur. Quia* (inquit) *frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legẽ.* Periurus itaque frustra relaxationis opem imploret, cum indignum se præbuerit beneficio legis.

Sed contradicente *Suar. sup. num. 25.* post *Ant. & Alex.*
3 *de Neuo.* quos de hac re scripsisse refert *ad cap. debitores. de vsur.* Ea vero ratione præcipua, quia relaxatio in specie hac non reperitur vlla certa lege prohibita; Sed neque ex se mala est, nam ex illo periurio ius nullum quæsitum alteri est, manetq; integra in relaxante potestas; Eoq; magis, quia causa subest eadem nullatenus ob periurij labem deminuta, cum turpitudo alterius semper sit eadem.

Nec resistit *d. cap. quia frustra.* seu regulam spectemus, seu decisionem Canonis. Nam.

Regulæ resp. non committere eum in legem, qui absolutionem petat, licet ea nõ petita in legem commiserit; Non enim dicitur in regula, frustra legis auxilium implorare eum, qui *commisit*, sed qui *committit*
4 immo clementiæ est legis, vt transgressoribus emen-

datis

datis, desinẽtibusq; quãtum possit, aut, si sępe egeãt, benigne succurrat.

5 Decisioni resp. valere eam in vsurario posse, qui ita recuperare debitum velit, vt tamen soluere, quod alijs ipse debet, non velit, & sic literarum beneficio in eum finem non vtatur, vt peccare desinat, sed vt perseueret. Nos autem præmittimus e contrario, desistere a peccato eum, qui laxari sibi postulat iuramentum, & simul admissi periurij satisfactionem pœnitenti animo offert. Non est igitur, cur soluere cogatur, aut restituere, priusquam absoluatur. Hæc Suar. & alia.

Eo tamen praxis ijsse videtur, vt relaxationem petere periurus a iureiurando possit, dummodo antecedẽter absolutionem petat a periurio, & idoneam afferat causam. *Rolan. cons.* 34. *num.* 1. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 220. *num.* 17. *Mancin. de iuram. d. par.* 6. *quæst.* 6. *Crass. d. excep.* 12. *num.* 41. *Mancin. d. c.* 84. *num.* 18. *Rot. diuers. decis.* 786. *par.* 3. *& in recent. decis.* 701. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 5. *n.* 2. *par.* 2. Et fuisse decisum coram *Ortemb.* refert *Marches. sup. pag.* 207. *num.* 3.

Hæc satis. Qui plura expetit, habet vel theorice, vel practice, vnde sitim valeat explere. Adeat *Scriben. ad d. c. cum contingat, &* præcipue *Alciat.* Et addat scripta per *Couarr. in c. quamuis pactum. de pact. & alibi sępe. Mancin. d. par.* 6. *& passim. Suar. tom.* 2. *de Relig. tract.* 4. *Sanch. decal. lib.* 6. *Marches. de commiss. relax. ad eff. agen. par.* 3. *Maresc.* (qui ad praxim optime) *variar. d.*

lib.

lib. 2. cap. 84. & alios. Audio de ipſa hac re plene tractaſſe Authorem practicum Vrbin, ſed librum non vidi.

Et licet crediderim *cap. 13.* & nunc credam, non eſſe opus relaxatione iuramenti illius, quod non poſſit eſſe alicuius momenti; addo conſilium, ne quis hoc ductu laxationem omnino negligat; Nam ex Iuramento, licet nullo, periurium contrahi, non ſemel definitum in *Rota*; prout decidit, & coram *Bubalo*, & coram *Ludouiſio* deciſum eadem *Rota* teſtatur coram *Ortemb.* referen. *Marcheſ. sup.* idq; ipſum in iureiurando per ſimulationem præſtito, & ſic prorſus irrito ſupponit *eadem in nouit. nouiſs. deciſ. 317. num. 8.* Additur ratio, quia nemo iudex eſſe debet proprij iuramenti, qua ſæpius nititur Rot. vt per *Marescot. sup. num. 2.* Agnoſco equidem, non multum hic habere momenti vulgare iſtud, ſed multum habet, & *Rotæ* authoritas, quam ex animo veneror, & reuerentia iuriſiurandi, quam omnibus Curialibus commendatam volo in Chriſto Ieſu, cui laus per ſecula.

FINIS.

Imprimatur præsens opus seruatis seruari solitis D. die 18. Iunij 1635.

Vincentius Rabatta Vic. Gen. Flor.

Imprimat. die 18. Iunij 1635.

Fr. Agap. Vic. S. Off. Flor.

Sebastianus Cellesius.

SERIES CAPITVM.

19 *Qui petere relaxationem possit, & num is, qui pluribus iuramentis se ligauit.*

20 *De periuro non absoluendo.*

INDEX NOTABILIVM.

ABSOLVTIO.

ABSOLVTIO IVRATORIA.

ASSERTIO.

CITATIO.

CON-

S*Imulatus nullus. cap. 18. num. 1. Et ideo iureiurando firmatus non tenet. ibid.*

DICTIO.

C*Opulatiua inter diuersa, & virtus eiusdem, & de dictione similiter. c. 2. n. 12.*

DOLVS.

A*N necessaria laxatio, quando dolus antecedit. cap. 15. num. 1. Dolus antecedens quis. ibid. 2. A quo remouetur consensus. ibid. 3. Dolus concomitans quis. ibid. 6. Et numquid inficiat iuramentum. ibid. 11. Dolus vt causa extrinseca, ibid. 14. Dolus ex proposito, dolus in reipsa. 17. 9. In re cui læsioni conueniat. ibid. 29. & plura de dolo vsque ad finem.*

EPISCOPVS.

AN *Episcopus illius, qui iuramentum recepit possit iurãtem non subditum absoluere. cap. 9. nu. 2. An Episcopus iurantis absoluere iurantem possit aduersus extraneum, & quo pacto. ibid. 9. Et in non subditum iurisdictionem quomodo nanciscatur. ibid. 10.*

FOEDVS.

De Iosue fœdere cum Gabaonitis iurato. c. 13. n. 4.

HABILITATIO.

Habilitatus, licet vicerit, tenetur iuramento. cap. 6. n. 1. Quid agere post sententiam debeat. ibid. 7. Succumbens an periurium incurrat. ibid. 10.

HÆRES.

Cum inuentario non tenetur vltra vires. cap. 1. num. 5. Et an Clericus hæres. ibid. 2. Et nũquid Ecclesia. 16. 7.

IVDEX.

Laicus an de subreptione iudicet concessæ relaxationis. c. 7. n. 3. Preparatoriæ natalium non eque iudex successoriæ causæ. 10, 6.

IVDICIVM.

Actus collationis, & quid collatio. c. 12. n. 20.

IVRAMENTVM.

Iuramenti definitio. c. 2. n. 1. Eiusdem, & fidei differentia explosa. ibid. 3. De eodem super creaturis præstito. ibid. 4.

iu-

LÆSIO.

LAPIS.

LEX:

METVS.

PERIVRIVM.

20. n.

PROCVRATOR.

RELAXATIO.

RESCISSIO.

RESTITVTIO.

SCIEN-

SCIENTIA.

PRæsumptæ scientiæ vires. c. 17. n. 18. Sciens an decipiatur, & quomodo. ibid. 27.

STYLVS.

PRobari in indiuiduo debet. cap. 1. num. 10. Romanę Curiæ volubilis. ibid. 11. Nec seruandus necessario in partibus. ibid. 12.

TVTOR.

PLuribus Instrumentis plenius liberatur. cap. 1. num. 1. cui etiam dolus remittitur, si gesta approbentur, seu bene, seu male. ibid. 2.

VIS.

DVplex. cap. 6. num. 17. Et quæ præcisa, aut conditionalis. ibid. 20.

VSVRA.

ADuersus debitorem vsurarium tueri se potest creditor vsurarius. cap. 18. num. 44. Obligatio de vsuris soluendis iurata valet. 13. 12.

FINIS.

